

MENSIS FEBRUARIUS.

VITA SANCTI EPHRÆM SYRI.

(Februarii die 1.)

[Opp. SS. Ephræm ed. Assemani tom. III, Romæ 1732 fol.]

MONITUM.

Ex Nysseno desumpta est Ephræmi Vita, quæ Symeoni Metaphrastæ inscribitur, incipitque his verbis: Ἐφραῖμ ὁ θαυμάσιος, *Ephræm ille admirabilis*. E Græco in Latinum transulit Gentianus Hervetus: exstat autem Latine apud Lipomanum et Surium de 1 Februarii et in Latinis Ephræmi editionibus; Græce vero in editione Oxoniensi, pag. 433. Tanquam genium Metaphrastæ opus agnoscit Allatius lib. *De Symeonum scriptis*; Hancæius par. 1 *De descriptor Byzant.*, cap. 24, Caveus ad annum Christi 901, et Fabricius *Biblioth. Græc.* lib. vi, pag. 524. In manuscriptis enim codicibus disertum *Symeonis Metaphrastæ*, seu, *Logothetæ* nomen præfert. Vide cod. Vat. 453, pag. 336; cod. Vat. 818, pag. 306; cod. Vat. 1608, pag. 46; cod. Palat. 308, pag. 148, cod. Clement. 51, pag. 1, et cod. Coislin. 507, num. 14. Sed Græca exemplaria sibi non conveniunt quoad initium ejus Vitæ: quædam enim sic habent: Ἐφραῖμ ὁ θαυμάσιος ἐφύ μὲν ἐκ τῆς Σύρων γῆς, πόλεως Ἐδέσσης, Χριστιανῶν γονέων. Ἐλόμενος δὲ τὴν ἀρετὴν ἐκ νηπίου. *Ephræm ille admirabilis, natus fuit in Syria, in civitate Edessa, Christianis parentibus. Cum autem elegisset virtutem ab infantia*, etc. Ita legit veritque Hervetus, et ex illo habent Lipomanus, Surius et Vossius: sicque incipit codex Vaticanus 818, pag. 376. Reliqua vero omnia, quæ ex Vaticana bibliotheca recensui, volumina, necnon Anglicana ex quibus Oxoniensis editio adornata est, de Edessa nihil habent, sed absolute incipiunt hunc in modum: Ἐφραῖμ ὁ θαυμάσιος ἐφύ μὲν ἐκ τῆς Σύρων γῆς. Ἐλόμενος δὲ τὴν ἀρετὴν ἐν νηπίου quæ verba in cod. Clement. 51. pag. 1, paulo aliter amplificantur. Atque hoc postremum Nysseno, Metaphrastæ ac Sozomeno consentaneum est, quibus Ephræmus Nisibin, vel aliam circa eam urbem locum, non Edessam habuisse patriam dicitur. Hervetus, et qui eum typis vulgaverunt Lipomanus, Surius alique, cum initio Vitæ per Metaphrasten editæ, Ephræmum legissent *in civitate Edessa natum fuisse*, sequentia Metaphrastæ verba quibus contrarium asseritur, vel non intellexerunt, vel mutanda esse censuerunt: sic autem habet ex Nysseno Metaphrastes: Καὶ περὶ τὴν ἔρημον ἀλιζόμενος, ἐκ τόπου δὲ τόπους ἀμεύδων, ψυχῶν οἰκοδομῆς χάριν καὶ ὠφελείας, ἅτε καὶ Πνεύματι θείῳ κινούμενος, ἀπολιμπάνει ποτὲ τὴν ἐνεγκαμένην κατὰ τὸ θεῖον καὶ οὗτος Ἀβραάμ κελουσθεὶς, καὶ τὴν Ἐδεσσηνῶν πόλιν καταλαμβάνει. *Qui cum habitaret in solitudine, et locis loca subinde mutaret propter ædificationem et utilitatem animarum, sicque a divino admoneretur Spiritu, reliquit aliquando τὴν ἐνεγκαμένην patriam* (seu natale solum) *jussu divino alter iste Abraham: et in civitatem Edessenorum venit.* Ii vero ita vertunt: *Qui cum habitaret in solitudine, ac locis loca subinde mutaret, propter ædificationem et utilitatem animarum sicque a divino admoneretur Spiritu, reliquit aliquando solitudinem jussu diviniore, et ferventi desiderio in suam venit patriam Edessam.* Atqui Metaphrastes ex Nysseno scribit Ephræmum non *solitudinem* reliquisse, et in suam patriam Edessam venisse; sed patria sua derelicta, *in civitatem Edessenorum* migrasse, ἀπολιμπάνει ποτὲ τὴν ἐνεγκαμένην, καὶ τὴν Ἐδεσσηνῶν πόλιν καταλαμβάνει, *reliquit aliquando patriam, et in Edessenorum urbem abiit*: adeoque alia fuit Ephræmi patria, quam dereliquit, et alia urbs Edessa, in quam migravit. Versionem nostram Nyssenus confirmat: Ἐντεῦθεν τὴν ἐνεγκαμένην, ὡς ὁ θεὸς ἐκεῖνος κελουσθεὶς Ἀβραάμ, τὴν Ἐδεσσηνῶν κατέλαβε πόλιν. *Unde patriam, sicut divinus ille Abraham, relinquere jussus, Edessenorum urbem petiit.* Vide Vossium tom. I, pag. 5, linea penultime. Quibus verbis dubium omne eximitur, quod Bollandus allique de patria Ephræmi movent.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΠΜΩΝ

ΕΦΡΑΙΜ ΤΟΥ ΣΥΡΟΥ.

VITA ET RES GESTÆ

S. P. N. EPHRÆM SYRI.

Α'. Ἐφραΐμ ὁ θαυμάσιος ἔφυ μὲν ἐκ τῆς Σύρον ἁγῆς. Ἐλόμενος δὲ τὴν ἀρετὴν ἐκ νηπίου, φυλάττεσθαι μὲν κελὶ καὶ φεύγειν τὰς ἐπιβλαβεῖς τῶν ἡλικιωτῶν ἔσπουδεν ὁμιλίαις. Ὁμίλει δὲ συνεχῶς μᾶλλον τοῖς ἱεροῖς τῶν Γραφῶν βιβλίοις· καὶ ἡ περὶ αὐτὰ σπουδὴ σε, καὶ σχολή, καὶ μελέτη πάσης ὑπῆρχε τῷ Ἐφραΐμ ἡδονῆς ἡδίων· ὡς καὶ αὐτὸν συναφῶς τῷ Προφήτῃ λέγειν· Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγια σου! Ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου.

Β'. Ἐντεῦθεν σύντροφος αὐτῷ καὶ ἡλικιωτῆς ἀρετῆ πᾶσα, καὶ ἡ πρὸς τοὺς πόνους σπουδὴ. Καὶ τί γὰρ οὐ πρὸς ἀκρίβειαν αὐτῷ κατωρθώθη; οὐ νηστεία; οὐκ ἀγρύπνια; οὐ χαμευνία; οὐ χρηστότης; οὐκ ἐπιείκεια; οὐκ ἀκτημοσύνη; οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον πλούτῳ τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἡ ταπεινοφροσύνη; οὐ μὴν οὐδὲ τοῦ διδασκαλικοῦ χαρίσματος ἄμοιρος ἦν, ἀλλ' ἔστιν εἰς ἔτι καὶ νῦν, διὰ τῶν ἑαυτοῦ λόγων, ἡμῶν ὁμιλιῶν, νοουθετῶν, παρακαλῶν, συμβουλευῶν, διαλεγόμενος. Ἄρ' ὧν οὐ μόνον τὸν εὐσεβῆ τῆς πίστεως λόγον ὀρθοτομεῖν ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς κτήσιν διανιστάμεθα.

Γ'. Τῆς μέντοι πρὸς Θεὸν ἐλπίδος, καὶ τῆς πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπης τοσοῦτο ἐμέλησε τῷ Ἐφραΐμ, ὡς αὐτὸν ἐκεῖνον εἰπεῖν οὕτωςι τοῦ βίου ἀπαίροντα (θεῖ γὰρ τοῖς αὐτοῦ χρῆσασθαι λόγοις)· οὐδαμῶς ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ μου ἐλοιδορήσα Κύριον, οὐ λόγος ἄφρων διὰ τῶν ἐμῶν προῆλθε χειλέων. Ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ μου κατηρασάμην οὐδένα, καθόλου τε οὐδενὶ τῶν πιστῶν διεμαχησάμην. Ἦν δὲ καὶ τὸ δάκρυον ἀπαύστως αὐτῷ τῶν ὀφθαλμῶν ἀπορρέον, ὡς πρότερον τὰς ἀενάους πηγὰς τὸ βεῖθρον ἐπιλιπεῖν, ἢ ἐκεῖνον ὑετίζον τὸ δάκρυον. Συνανεπέμποντο δὲ τοῖς δάκρυσι καὶ οἱ στεναγμοί, τὸ ἔνδον ὑποκκιόμενον τῆς κατανύξεως ἐμφαίνοντες πῦρ· ὕπερ σαφέστερον εἴσεται τις τοῖς ἐκεῖνου συγγράμμασιν ἐντοχῶν. Εὐρήσει γὰρ αὐτὸν περὶ κρίσεως πανταχοῦ καὶ παρ-

I. Ephræm ille admirabilis e Syrorum regione ortum duxit. Cum autem elegisset virtutem ab infantia, noxias ac damnosas æqualium consuetudines semper studebat cavere atque vitare. Versabatur vero assidue potius in sacris libris Scripturarum, et id quod in eas conferbat, studium, otium et meditatio erat Ephræm quavis voluptate suavior; adeoque, ut ipse quoque diceret convenienter illud Prophætæ: *Quam dulcia sunt gutturi meo eloquia tua! Super mel ori meo* ¹.

II. Hinc autem factum est, ut ab ineunte ætate ei virtus omnis coalesceret, ac diligens studium tolerantiorum laborum. Quid enim non ab eo recte et perfecte gestum est? non jejunium? non vigiliæ? non humicubatio? non benignitas? non lenitas? non nihil possidere? Non in tantis bonorum opibus, etiam humilitas? At neque docendi fuit expertus charismatis: sed in hodiernum usque diem nobiscum loquitur per suas orationes, admonet, adhortatur, consulit et disserit. A quibus habemus, ut non solum rectâ fidei semita ingrediamur, sed etiam ad virtutem parandam excitemur.

III. Spes autem in Deum, et charitas in proximum tantæ fuit curæ Ephræm, ut ille ipse sic diceret, e vita excedens (utendum est enim ipsius verbis): nunquam in tota vita mea maledixi Domino. Non verbum insipiens per mea labia processit. In tota vita mea neminem sum exsecratus; et cum nullo omnino contendere ex fidelibus. Lacrymæ vero ei quoque perpetuo fluebant ex oculis, adeo ut perennis fontis fluentum citius defecisset, quam illum instar imbris cadentes lacrymæ. Una autem cum lacrymis emittebatur etiam gemitus, ostendentes intus ardentem ignem compunctionis. Quod quidem apertius certiusque sciet aliquis, qui illius scripta legerit. Inveniet enim eum semper philosophantem de judicio, et de secundo Christi adventu, et ter-

¹ Psal. cxviii, 103.

ribile illud tribunal semper subjicientem oculis, illumque diem imprimentem nostræ cogitationi, et se ipsum inducentem tanquam condemnatum et deflentem valde miserabiliter.

IV. Cum autem Ephræm semper versaretur in talibus visorum apprehensionibus, elongabat, ut ait Propheta ², fugiens; omnemque de iis, quæ ad vitam hanc pertinent, tumultum, motumque, ac fluctum declinans. Qui cum habitaret in solitudine, ac locis loca subinde mutaret, propter ædificationem et utilitatem animarum, sicque a divino admoneretur Spiritu: reliquit aliquando patriam jussu divino alter iste Abraham, et in civitatem Edessenorum venit, tum ut sacras ibi reliquias et loca sancta adoraret; tum etiam, ut virum aliquem eruditum ibi reperiret, ac conveniret, et cognitionis illinc fructum acciperet: quod etiam a Deo enixe petebat, sic dicens: Jesu Christe, omnium Domine, concede, ut ego civitatem Edessam ingrediens, in talem virum statim incidam, qui sit idoneus ad disserendum mecum de iis quæ ad animæ ædificationem pertineant et utilitatem. Cuique sic orasset, postquam fuit in ingressu civitatis, et portam est ingressus, cogitabundus hærebat, attentoque ac sollicito animo, ut qui secum consideraret, quem admodum ad illum quidem virum accederet, et quænam ex eo potissimum quæreret, quamque utilitatem ex eo percipere posset.

V. Cum sic autem cogitabundus incidere, et statim quædam occurrit mulier, eaque meretrix. Dei vero ea erat omnino permissio, qui mystice et carne sæpe per contraria dispensat contraria. Sacrosanctus itaque Ephræm, cum sic præter spem incidisset in meretricem, constitit in eam defixis intuens oculis, et quasi emotæ mentis, tristisque, ac apud se perturbato animo, quod non ut precatus fuerat, sed contrarium potius evenisset ei ac petierat. Illa autem cum sic eum vidisset aspicientem, in eum rursus oculos conjicit acerrimos. Postquam vero sic diutius se invicem aspexissent, volens eam pudore afficere, et ad verecundiam quæ mulieribus convenit deducere magnus Ephræm: Quid vero, inquit, non erubescis, mulier, tam fixis oculis nos intuens? Illa autem: Sed me, inquit, convenit te sic aspicere: ex te enim sumpta sum, et tuo latere. Te vero non nos, sed terram potius oportet aspicere, ex qua ipse rursus sumptus es. Hæc cum audisset Ephræm præter omnem expectationem, et mulieri confessus est magnas se habere gratias propter eam, quam ab ipsa acceperat, utilitatem; et Deo vehementer emisit studio gratiarum actiones, qui per ea quæ præter spem accidunt, ea sæpe facit quæ ipsam spem superant.

VI. Cum ergo jam dies aliquot transiissent, et sanctus Ephræm moraretur Edessæ, mulier quædam meretrix, quæ in propinqua habitabat vicinia fit

α ουσίας Χριστοῦ τῆς δευτέρας φιλοσοφοῦντά, τό τε φοβερόν ἐκεῖνο βῆμα οἶονεῖ πρό τῶν ὀφθαλμῶν τιθέμενον, καί τήν ἡμέραν ἐκείνην ὑποτυποῦντα τῇ διανοίᾳ, ἐαυτόν τε κατάκριτον εἰσαγόμενον, καί λίαν ἐλεεινῶς ὀδυρόμενον.

Δ'. Ταῖς τοιαύταις Ἐφραῖμ ἀεὶ σχολάζων τοῦ νοῦ φαντασίαις, ἐμάκρυνε, κατὰ τὸν Ψαλμῶδόν, φγαδεύων, καί θόρυβον πάντα βιωτικόν, καί κλύδωνα, καί σαλὸν ἐκκλίνων. Καί περὶ τὴν ἔρημον ἀυλιζόμενος, ἐκ τόπου δὲ τόπους ἀμείβων, ψυχῶν οἰκοδομῆς χάριν καί ὠφελείας· ἅτε καί Πνεύματι θεῖῳ κινούμενος, ἀπολιμπάνει ποτὲ τὴν ἐνεγκαμένην κατὰ θεῖον καί οὗτος Ἀβραάμ κελευσθεὶς, καί τὴν Ἐδεσσηῶν πόλιν καταλαμβάνει, ἅμα μὲν κατὰ προσκύνησιν τῶν ἱερῶν ἐν αὐτῇ λειψάνων τε καί νόπων ἐλθὼν, ἅμα δὲ καί κατὰ συντυχίαν ἀνδρὸς τῶν λογίων τινός, ὥστε γνώσεως καρπὸν ἐκεῖθεν λαβεῖν· ὃ καί παρὰ θεοῦ αἰτεῖ τε, οὕτως εἰπὼν· Ἰησοῦ Χριστέ, Δέσποτα καί Κύριε πάντων, ἀξιώσον με τὴν πόλιν Ἐδεσσαν εἰσιόντα τοιοῦτῳ ἀνδρὶ εὐθὺς ἐντυχεῖν, ὃς ἱκανὸς ἔσται τὰ πρὸς οἰκοδομὴν ψυχῆς καί ὠφελείαν ἐμοὶ συλλαλῆσαι. Οὕτως εὐξάμενος, ἐπεὶ πρὸς ταῖς τῆς πόλεως εἰσόδοις, καί τὴν πόλιν εἰσῆει, σύννοος ἦν, καί προσεκτικὸς, καί μεμεριμημένος, οἷα σκοπῶν, ὅπως μὲν ἐκεῖνῳ τῷ ἀνδρὶ προσέλθοι, τίνα δὲ πύθοιτο παρ' αὐτοῦ, καί ποίας ἀπολαύσοι τῆς ὠφελείας.

Ε'. Οὕτω τοιγαροῦν ἐπὶ συνοίᾳς βαδίζοντι γυνή τις εὐθὺς συναντᾷ, καί αὐτὴ πόρνη. Θεοῦ δὲ τοῦτο πάντως ἦν, τοῦ διὰ τῶν ἐναντίων πολλάκις οἰκονομοῦντος τὰ ἐναντία μυστικῶς τε καί ἀπορρήτως. Ὁ μὲν οὖν ἱερὸς Ἐφραῖμ, οὕτω παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἐντυχὼν τῇ ἑταίρᾳ, ἴστατο πρὸς αὐτὴν ἐξηστῆκος τι καί ἀτενὲς ἐνορῶν, ἀλύων τε καί παθαινόμενος καθ' ἐαυτὸν τὴν ψυχὴν, ὅπως μὴ κατ' εὐχὴν, ἀλλὰ παντάπασιν ἀπ' ἐναντίας μᾶλλον ἐπέβη τὸ αἰτηθέν. Ἡ δὲ οὕτως ὀρῶντα ἰδοῦσα, ὀξύτατον αὐτῷ πάλιν ἐπιβάλλει τὸν ὀφθαλμόν. Ἐπεὶ δὲ οὕτω μέχρι πολλοῦ πρὸς ἀλλήλους ἐώρων, βουλευθεὶς αὐτὴν ἐντρέψαι, καί εἰς αἰδῶ γυναιξὶ πρέπουσαν ἀγαγεῖν ὃ μέγας· Τί δὲ οὐκ ἐρυθριᾷς, γύναι, φησὶν, οὕτως πεπηγόσιν ὀφθαλμοῖς εἰς ἡμᾶς ὀρῶσα; Κάκεινη· Ἄλλ' ἐμὲ οὕτως, ἔφη, προσῆκόν ἐστι πρὸς σὲ βλέπειν· καί γὰρ ἐκ σοῦ καί τῆς σῆς εἴλημμαι πλευρᾶς· σὲ δὲ οὐ πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τὴν γῆν μᾶλλον ὀρᾶν δεῖ, ἐξ ἧς πάλιν ἐληφθῆς ἀνός. Τοῦτων ἔξω πάσης ἀκούσας ὁ Ἐφραῖμ προσδοκίας, τῇ τε γυναικὶ μεγάλας ὠμολόγει χάριτας ὠφελείας, καί θεῷ θερμῶς ἀνέπεμπε τὰς εὐχαριστίας, τῷ δὲ τῶν παρ' ἐλπίδα πολλάκις, καί αὐτῶν ἐλπίδων κρείττονα ποιεῖν παρὰ πολὺ δυναμένῳ.

Σ'. Ὡς οὖν ἱκαναὶ διήλθον ἡμέραι, καί Ἐφραῖμ τὸν θεῖον ἢ πόλιν Ἐδεσσα εἶχε, πόρνη τις γυνὴ ἐκ γειτόνων αὐτῷ οἰκοῦσα, ὄργανον εἰς κηλίαν τῷ Πονηρῷ

² Psal. LIV, 8.

γίνεται· καὶ δι' αὐτῆς, ὡσπερ διὰ τοῦ ὄφραως αὐτῆ A
 πρότερον, τῷ δικαίῳ προσβάλλει. Ἐπεὶ οὖν βρωσίν
 τινὰ ἐτύγγανεν ἔψων ὁ θεὸς Ἐφραΐμ, ἐκείνη διανοί-
 ξασα τὴν θυρίδα, ἣτις ἄρα καὶ ἦν ἐπὶ τοῦ μεσαύλου,
 πρᾶκτύπτει τε ἀναισχύντως, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐταιρι-
 κῶς· εἶτα καὶ ἀναιδῶς ἐμβλέψασα τῷ ἰσίῳ· Εὐλόγη-
 σον, ἀββᾶ, λέγει. Ὁ δὲ μετὰ τοῦ προσήκοντος αὐτῷ
 σχήματος τε καὶ φθέγματος, Ὁ Κύριε, φησὶν, εὐ-
 λογήσαι σε. Αὐτὴ δὲ πάλιν μετὰ θερμοῦ τοῦ γέλιωτος
 καὶ ἀτέμνου· Ἀλλὰ τί, εἶπεν, ἐλλείπει τῷ βρώματί
 σου; Καὶ ὅς, Τρεῖς, ἔφη, λίθοι καὶ ὀλίγη πηλός,
 ὥστε τὴν θυρίδα ταύτην ἀναφραγῆναι. Ἐκείνη μὴδὲν
 ὑπενοῦσα τῆς ἀναιδεΐας, Ὅτι σε προλαβόντες, ἔφη,
 προσηγορέσαμεν, τοῦτο σοι τυφὸν ἐνήκεν; Ἐγὼ
 συγκοιμηθῆναι βούλομαι σοι, φησί. Σὺ δὲ με τὴν
 πρώτην εὐθὺς ἀπηγόρευκας; Πρὸς ταῦτα, ὡσπερ B
 ἐκείνη ῥημάτων σατανικῶν, οὕτω πολλῶ μᾶλλον αὐ-
 τὸς πνευματικῶν οὐκ ἠπόρησε λόγων, καὶ οἶων αὐ-
 τὸν τε ἔδει λέγειν, καὶ ἐκείνην ἀκούειν. Εἰ βούλει γάρ,
 ἔφη, ἀμφοτέρους συγκαθευδῆσαι, ἐνθα ἂν καὶ εἴπω
 σοι, ἐκεῖσε δὴ καὶ κοινῇ συγκεισόμεθα. Ὡς δὲ ἐκείνη
 τὸν λόγον ἤρπασε, καὶ ἤρετο τὸν τόπον, ἵνα ταῦτο
 γενέσθαι δεῖ. Οὐκ ἐν ἄλλῳ, ἔφη, τόπῳ, ὅτι μὴ ἐν τῷ
 μέσῳ συνελεύσομαι σοι τῆς πόλεως. Καὶ αὐτὴ· Ἀλλ'
 οὐκ αἰδῶς, ἔφη, καὶ ἀισχύνη σαφῆς ἀπὸ τῶν ὄρωντων
 ἀνδρῶν, οὕτω γοῦν ἐν τῷ μέσῳ κειμένων ἡμῶν.
 Ἐάλω ἢ ἐλατὴν βουληθεῖσα γυνὴ τὴν ἀπαθῆ ψυχὴν
 καὶ ἀνάλωτοι, οὐδὲ τοῦτο γινῶναι δυναθεῖσαι, ὅ φησι
 Σολομῶν, ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου τοῦ ὑψίστου
 μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροί εἰσιν, αἱ ἐπι-
 βλέποντες πάσης ὁδοῦ ἀνδρῶν.

Z'. Αὐτίκα γοῦν, οἷα λαθῆς, τοῦ ῥήματος ὁ γενναῖός
 δραξάμενος ἀντεπῆγεν· Εἰ οὖν ἀνθρώπων ὀφθαλμοὺς
 ἔκρινας ἱκανῶς ἔχειν ἐντρέψαι ψυχὴν, καὶ πονηρᾶς
 ἀφελκύσαι πράξεως· τοὺς τοῦ Θεοῦ πάντα βλέποντας
 ὀφθαλμοὺς, ὅσα τε ἐν ἀδήλῳ, καὶ ὅσα κατὰ τὸ ἐμφα-
 νές πράττονται, οὐ πολλῶ μᾶλλον αἰδεσόμεθα τε καὶ
 ὑποπτύξομεν· καὶ πονηροῦ πράγματος ἀφεξόμεθα,
 ὅς κατήγορον αἰεὶ σύννοικον τῷ συνειδὸς ἡμῶν ἐπεγεί-
 ρει, καὶ βασάνους ἐκεῖθεν παρὰς ἐχούσας οὐδαμῶς
 ταμιεύεται; Ταῦτα ἱκανὰ γέγονεν, οὐχ ἀπλῶς πεῖσαι
 τὴν πόρνην ἀποσχέσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν φαύλης ἐπι-
 θυμίας, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν προτέρων αὐτῇ μεταμε-
 λῆσαι κακῶν, ὅλου τε τοῦ βίου μεταβολὴν καὶ τῆς
 γνώμης ἐνθεῖναι. Αὐτίκα γοῦν προσελθοῦσα, καὶ εἰς
 γῆν πετοῦσα, καὶ ποδῶν ἐκείνου τῶν ἱερῶν ἀψαμένῃ, D
 συγγνώμην τε ἤτετο τῆς ἀλλοιωτάτης ἐπιθυμίας
 καὶ ἀκολάστου ῥοπῆς· καὶ ὅπως ἂν γνησίαν εἰσενεγ-
 κοῦσα τὴν μετάνοιαν, τῆς ὁδοῦ πρὸς σωτηρίαν φε-
 ρούσης μὴ διαμάρτοι, ὁδηγὸν αὐτὸν καὶ διδάσκαλον
 ἡξίου λαθεῖν. Ὁ δὲ (καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν Ἐφραΐμ
 ὦν ἐκεῖνος, αἰτήμασι τοιούτοις ἐτοίμως ὑπηρετεῖν
 καὶ παραινεῖν τὰ θεόντα;) καὶ τοῦ μὴ πορευθῆναι
 πάλιν, τοῦ θεοῦ φάναι Ἰερεμίου, ὀπίσω τῶν ἐνθυ-
 μημάτων τῆς καρδίας αὐτῆς τῆς πονηρᾶς, μὴδὲ κα-
 ταφρονῆσαι, τοῦ δευτερώσαι ὁδοῦς αὐτῆς, ἀσφαλέ-

Maligno instrumentum ad vitium; et per eam, sic-
 ut prius ipsam per serpentem, justum aggreditur
 Ephræm. Cum itaque sanctus Ephræm cibum
 quemdam pararet, illa aperta fenestra, quæ erat
 in corte, impudenter despicit, et plane meretricie
 : et deinde cum Sanctum aspexisset invere-
 cande : **Benedic, inquit, abba.** Ille vero cum eo,
 qui ipsum decebat, habitu, gestu et sermone :
Dominus, inquit, tibi benedicat. Ipsa autem rursus
 cum vehementi et indecoro risu, ad eum : **Sed**
quid, inquit, tuo cibo deest? Ille vero, **Tres, in-**
quit, lapides, et parum luti, ut hæc obstruatur fe-
nestra. Illa interim nihil de sua remittens impu-
 dentia, **Quod te, inquit, priores appellavimus, hoc-**
ne te effecit insolentem? Ego, inquit, volo tecum
 dormire. Tunc autem hoc mihi statim primo nega-
 sti? Ad hæc, quemadmodum illa verbis Satanicis,
 ita multo magis ipse sermonibus abundavit spiri-
 tualibus, et quales ipsum dicere, et eam oportebat
 audire. Si vis enim, inquit, nos ambos simul dor-
 mire, ubi tibi dixero, illic pariter jacebimus. Post-
 quam vero illa sermonem arripuit, et rogavit lo-
 cum, ubi hoc fieri oporteret : **Non in alio, inquit,**
loco, tecum congregiar, nisi in medio civitatis.
Sed non, inquit illa, pudore atque rubore aperte
afficiemur a videntibus hominibus, si sic nos ibi
jaceamus in medio? Capta autem est mulier, quæ
 voluit capere impatibilem et inexpugnabilem ani-
 mam, ut quæ ne hoc quidem potuerit cognoscere,
 quod dicit Salomon : *Oculi Domini altissimi sunt*
innumerabilibus partibus sole splendidiore, qui
intuentur omnes vias hominum 3.

VII. Cum vero statim veluti ansam, verbum appre-
 hendisset vir præclarus, contra intulit: Si ergo ho-
 minum judicasti oculos satis esse ad pudore affi-
 ciendam animam, et a mala actione abducendam: Dei
 oculos, qui omnia intuentur, tam quæ clam quam
 quæ aperte fiunt, nonne multo magis verebimur,
 et exstimescemus, et a re mala abstinēbimus: qui
 semper nobiscum habitantem in nobis excitat con-
 scientiam, et ex ea nobis reservat tormenta quæ fi-
 nem non accipiunt? Hæc suffecerunt non solum ad
 meretrici persuadendum, ut abstinere ab improba
 in eum libidine, sed ut priorum etiam eam malorum
 poeniteret, et mutationem afferret totius vitæ et sen-
 tentiæ. Statim itaque accedens, et humi procidens,
 et sacros illius pedes tangens, petiit veniam a ratio-
 ne alienissimæ cupiditatis, impudicæque et intem-
 perantis propensionis: et ne, cum veram et germa-
 nam attulisset poenitentiam, a via quæ ducit ad
 salutem aberraret, eum ducem et magistrum voluit
 accipere. Ille autem (quomodo enim, cum esset
 ille Ephræm, non erat talibus pariturus petitioni-
 bus, et ea, quæ par erat, admoniturus?) ne rursus
 ambularet, ut cum divino dicam Jeremia, post co-
 gitationes cordis sui mali 4, neque contemneret, ita
 ut vias priores repeteret, præcipit egregie, eamque

3 Eccli. xiii, 28. 4 Jerem. vii, 23.

in mulierem includit monasterio, quæ virtutis curam gerebant : et tandem cum eam quæ a via recta illum volebat abducere, ipse a via mala potius convertisset, justitiæ fructum habuit illam conversionem. Sic divinus Ephræm cum in duas incidisset meretrices, huic quidem profuit, ipse autem ex altera accepit utilitatem : aut, ut verius dicam, ex utraque ; et utrumque præter spem omnem accidit, utpote quod divinum auxilium in utrisque concurrerit.

VIII. Hinc ad eam, quæ est in Cappadocia, Cæsaream deductus a gratia, quæ ex alto eum ducebat, magnum ibi vidit Basilium, os Ecclesiæ, fontem dogmatum. Quem cum vidisset Ephræm, cœpit eum multis honorare laudibus. Perspicaci enim animi oculo cernebat quamdam columbam (erat autem illius forma radiis solis similis) præclaram, præclare ejus humero insidentem, et in aurem cum Basilio loquentem : et illum rursus ea quæ ab ipsa veluti dictabantur, referre populo. A qua veneranda columba cum didicisset de Ephræm, et quisnam esset cognovit, et quam de causa venisset. Quocirca et se invicem sermone impertiunt, et fruuntur alter alterius bonis. Sed revertendum est rursus ad divinum Ephræm, et solæ illius res sunt pure narrandæ; quemadmodum nullam admittebat cogitationem, quæ non ei conferret ad virtutis operationem, et quemadmodum abunde erat a Deo datum talentum doctrinæ : quod quidem ille semper præcipue augere ad mensas studebat animarum.

IX. Ipse autem hoc significat, dicens : quod cum adhuc esset puer et nondum ad ephēbi pervenisset ætatem, viderit quamdam vitem permultis botris plenam, e lingua sua enatam, in magnam fuisse sublatam altitudinem, et universæ terræ occupasse superficiem. Et omnes quidem ei insidebant volucres, et circumvolabant, et botros pascebant. Vitis vero, quo magis ejus botri carpebantur, et quo liberalius et splendidius aves excipiedat, eo majori fructu scatebat, fructumque multum producebat, et copiosum. Et hoc quidem ipse dicit de seipso. Illud autem hoc quoque alii Ephræm suo tribuunt testimonio, ex iis qui digni sunt habiti qui hæc viderent. Dicunt enim se aliquando vidisse angelorum multitudinem, e superis descendentem, librumque intrinsecus et extrinsecus scriptum habentem in manu. Apud se vero considerabat illa, quæ apparuerat, visio, quisnam esset is cui liber traderetur : et cum alii quidem hunc, alii vero illum, alii alium proponerent, quotquot scilicet tunc vitam piam exercebant et honestam; tandem cum omnes convenissent in Ephræm, ei liber a sacra multitudine committitur. Experrectus ergo is, qui viderat visionem, timore affectus, venit in ecclesiam : et cum in ea invenisset Ephræm, doctrinis quam optimis, et vel ipso melle suavioribus pascentem eos, qui aderant ; somnium ea ratione conjicit. Et ille quidem Deo egit gratias : ab illo autem tempore,

στατα πρραγγέλλει, εἰς μοναστήριον τε γυναικῶν εἰσάγει ἀρετῆς ἐπιμελουμένων · καὶ τέλος, τὴν ἐκείνου ὑποκελίσει τῆς εὐθείας ὁδοῦ βουλευθεῖσαν, αὐτὸς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ μᾶλλον τῆς πονηρᾶς ἐπιστρέψας, καρπὸν ἔσχε δικαιοσύνης, τῆς ἐκείνης ἐπιστροφῆν. Οὕτως ὁ θεὸς Ἐφραῖμ δύο πόρναις γυναῖξιν ἐντυχῶν, τὴν μὲν ὠφέλησεν, ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς ἀπέλαυσεν ὠφελείας, ἢ τᾶλθθέστερον εἶπεν, ἐξ ἀμφοτέρων · καὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀμφοτέρω, ἅτε δὴ καὶ ῥοπῆς θεῆς συνδραμούσης ἐπ' ἀμφοτέροις.

Η'. Ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Καππαδοκίαν Καισάρειαν ὑπὸ τῆς ἀγούσης αὐτὸν ἀνωθεν ὁδηγηθεὶς χάριτος, τὸν μέγαν εἶδε Βασίλειον, τὸ στόμα τῆς Ἐκκλησίας, τὴν τῶν δογμάτων πηγὴν. Ὁν Ἐφραῖμ ἰδὼν πολλὰς ἤρξατο γεραίρειν ταῖς εὐφημίαις. Διορατικῶ γὰρ ὄμματι τῆς ψυχῆς ἔρα τινὰ περιστεράν (ἡλίου ἀκτῖσι τὸ εἶδος ἐκείνης ὁμοίον ἦν) τῷ δεξιῷ τούτου ὠμῷ λαμπρὰν λαμπρῶς ἐπικαθημένην, πρὸς οὗο τε ὁμιλοῦσαν τῷ Βασιλείῳ, κάθεινον παλιν τῷ λαῷ τὰ ὑπ' αὐτῆς ὡσπερ ὑπαγορευόμενα διηγουμένον. Ὁο καὶ ὑπὸ τῆς σεπτῆς ἐκείνης περιστερᾶς τὰ κατὰ τὸν Ἐφραῖμ μυθεῖς; ἔγνω τε αὐτὸν ὅστις εἶη, καὶ ὅτου χάριν ἀφίκοιτο, δι' ὃ καὶ μεταδιδούσιν ἀλλήλοις τῆς ὁμιλίας, καὶ τῶν παρ' ἀλλήλοις καλῶν ἀπολαύουσιν. Ἄλλ' ἐπανιτέον καὶ αὖθις ἐπὶ τὸν θεῖον Ἐφραῖμ, καὶ μόνον καθαρῶς τὰ ἐκείνου διηγητέον · ὅπως τε λογισμὸν οὐδένα μὴ πρὸς ἐργασίαν ἀρετῆς αὐτῷ συνεισφέροντά τι προσίετο · καὶ ὅπως ἐαφιλῶς αὐτῷ παρὰ θεοῦ τὸ τῆς διδασκαλίας ἐδέδοτο τάλαντον, ὃ καὶ διαφερόντως ἐκεῖνος εἰς τὰς τῶν ψυχῶν ἀξάνειν ἀεὶ τραπέζας ἐσπούδασε.

Θ'. Καὶ τοῦτο αὐτὸς ἐπισημαίνεται, λέγων, ὡς ἄρα παῖς ἔτι ὢν καὶ ἐντὸς ἐφήσου, ἄμπελον ἴδοι τινὰ βριθομένην πυκνοῖς τοῖς βότρυσι, τῆς ἐαυνοῦ γλώττης ἀναδοθεῖσαν, ἐπὶ πολὺ τε ὕψους ἀρθεῖσαν, καὶ τὰ νῶτα πάσης ἐπισχοῦσαν τῆς γῆς. Καὶ πᾶν μὲν πτηνὸν ἐφιζάνον ἦν αὐτῇ, καὶ περιπετόμενον, καὶ τῶν βοτρώων σιτούμενον. Ἡ δὲ ἄμπελος ὅσῳ τοὺς βότρυας ὑπεκείρετο, καὶ τοὺς ὄρνιθας φιλοτίμως ἐδέξιῳτο, τοσοῦτῳ πλέον ἔδρουε τῷ καρπῷ, καὶ πολὺν αὐτὸν ἐκουφόρει καὶ ἄφθονον. Καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸς φησι περὶ ἑαυτοῦ. Ἐκεῖνο δὲ τῷ Ἐφραῖμ καὶ ἄλλοι προσμαρτυροῦσι τῶν βλέπειν τὰ τοιαῦτα ἕξιωμένων. Θεάσασθαι ποτε λέγουσιν ἀγγέλων πληθὺν ἀνωθεν κατιόντας, καὶ τόμον τὰ τε ἔνδον καὶ τὰ ἐκτὸς γεγραμμένον διὰ χειρὸς ἔχοντας. Ἐσκόπει δὲ ἡ φανεῖσα ὄψις ἐκείνη πρὸς ἑαυτήν, τίς ποτε ἄρα τὸν τόμον ἐγχειρισθεῖη ; καὶ τῶν μὲν τοῦτον, τῶν δὲ ἐκεῖνον, καὶ ἄλλων ἄλλον προβαλλομένων, ὅσοι δηλαδὴ καὶ βίον εὐλαβῆ καὶ σώφρονα τηνικαῦτα μετιόντες ἦσαν. Τέλος ἐπὶ τῷ Ἐφραῖμ ἀπάντων συμφωνησάντων, αὐτὸς καὶ τὸν τόμον ὑπὸ τῆς ἱεράς πληθούς πιστεύεται. Διυπνισθεὶς οὖν ὁ τὴν ὄψιν ἰδὼν, περίφορος τὴν ἐκκλησίαν καταλαμβάνει, καὶ τὸν Ἐφραῖμ εὐρῶν ἐν αὐτῇ διδασκαλίαις ὅτι χρησταίς, καὶ αὐτοῦ μέλιτος ἡδυτέραις τοὺς παρόντας ἐνεστιῶντα · ταύτη τὸ ὄναρ συμβάλλει, καὶ ὁ μὲν ἀξίαν ὁμολογεῖ τῷ θεῷ τὴν χάριν. Ἐξ ἐκείνου δὲ τῷ Ἐφραῖμ οὕτως εἶχε τὰ τοῦ λόγου ῥεθρὰ περιττῶς καὶ συν-

τόμως, καὶ τοσοῦτο αὐτὸν ἢ τῶν ἐνθυμημάτων συν-
 ἔχεια ἐπικλύζουσα ἦν, ὡς μηδὲ τὴν γλῶτταν ἱκανῶς
 ἔχειν ὑπηρετεῖν τῷ τάχει τῶν νοημάτων· καίτοιγε
 τοιαύτη κεχρημένην εὐροία περὶ τὸ λέγειν, καὶ οὕτως
 ἐτοιμότερα τὸ νοηθὲν ἀπαγγέλλουσαν, ὡς μηδὲν εἰς
 τάχους λόγον αὐτὴν ἀπολείπεσθαι τῶν παρ' ἄλλοις
 ἐνθυμημάτων. "Ὡστε κάκεινον λέγεται ποτὲ φάναι
 πρὸς τὸν Θεόν· "Ανει, ὦ Δέσποτα, τῆς χάριτός σου
 τὰ κύματα. Ἰπὸ γὰρ τὴν γλῶσσαν ἢ τῆς διδασκα-
 λίας ἄδυστος πελαγίζουσα, στέγειν αὐτὸν οὐκ εἶα
 λοιπὸν, τῶν πρὸς τὸ λέγειν ὀργάνων οὐκ ὑπουργούν-
 των.

Γ'. Ἐπέκοπτε δὲ τοὺς λόγους ἕτερον μὲν οὐδὲν, εὐχὴ
 δὲ μόνη· καὶ ταύτην τὰ δάκρυα. Αἶ τε νύκτες αὐτὸν
 γρηγοροῦντα παραλαμβάνουσαι, νήφοντα πάλιν τῷ
 τῆς ἡμέρας φωτὶ παρεδίδοσαν, οἷα τὸν τοῦ σκότους
 ἄρχοντα ὑπειδόμενον, μὴ καὶ καταλάβοι αὐτὸν ὕπνῳ
 πεπεδημένον· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἔφοδον ἐκείνου
 ἐγρηγορότα. Ἰπνος γὰρ αὐτῷ καὶ λίαν βραχὺς
 ἐξήρκει, παραγευόμενος μόνον, οὐκ εἰς κόρον αὐτῷ
 χρώμενος· καὶ τοσοῦτος, ὅσον αὐτοῦ διακρατεῖν
 ἀναγκαιῶς καὶ συνέχειν τὸ σῶμα τοῖς πολλοῖς ἰδρῶσι
 καὶ πόνοις κατατεινόμενον. Ἐποίει γὰρ φεύγειν αὐ-
 τοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ὕπνον, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα,
 μάλιστα δὲ χαμευνία, σκληραγωγία, καὶ ἡ παντοδαπὴ
 τοῦ σώματος τῆξις ἐκείνη, καὶ κάκωσις.

ΙΑ'. Ἀκτημοσύνης δὲ τοσοῦτος αὐτῷ συνελέχθη
 πλοῦτος, ὥστε καὶ μάρτυρα ἐπ' αὐτῷ τὸ οἰκεῖον στόμα
 παραλαβεῖν, καὶ τὰ πρὸς ταῖς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς
 αὐτοῦ ῥήματα, ὧν οὐδὲν ἀξιοπιστότερον, ἢ ἀληθέ-
 στερον. Ἐχει δὲ οὕτως· Οὐκ ὑπῆρξε τῷ Ἐφραῖμ ποτε
 βαλάντιον, οὐ ῥάβδος, οὐ πήρα, οὔτε μὴν ἀργύριον,
 οὔτε χρυσίον· Ἄλλ' οὐδέ τινα κτήσιν ἐπὶ τῆς γῆς
 ἐκτησάμην. Τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ Βασιλέως ἤκουσα, φησί,
 ἐν τοῖς Εὐαγγέλοις τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἐπιτάττον-
 τος· Μηδὲν ἐπὶ τῆς γῆς κτήσησθε· ὅθεν οὐδὲ ἐμπα-
 θῶς ἔσχον τι τοιοῦτο. Οὕτως ἐπέθετο πάντα τῷ δι-
 δασκάλῳ, καὶ ζηλωτῆς ὄντως καὶ μιμητῆς τῶν πρῶ-
 των ἐκείνου μαθητῶν ἐδείκνυτο.

ΙΒ'. Ταπεινοφροσύνην δὲ, καὶ συντριβὴν καρδίας,
 καὶ μετριότητα, τίς οὕτω πολὺς αἰεὶ, καὶ θερμὸς καὶ
 ἀκματος; ὡς σποδὸν μὲν ὡσεὶ ἄρτον ἐσθίειν, τὸ
 πόμα δὲ κλαυθμῷ συγκιρνᾶν, καὶ πρὸς μὲν ἐπαίνους
 λίαν εὐλαβῶς ἔχειν, καὶ τοὺς εὐφημοῦντας αὐτὸν οὐ
 μόνον οὐχὶ προσέειπαι, ἀλλὰ καὶ φανερῶς αὐτοῖς
 ἄχθεσθαι, ὡς περ τοῖς κωμικοῦσιν ἕτερος καὶ λοιδο-
 ρουμένοις· ἐρυθριᾶν τε, καὶ εἰς γῆν βλέπειν, καὶ
 χροῶν μὲν ἄλλοτε ἄλλην τῆς ὄψεως ἀμελθεῖν· ἰδρῶτι
 δὲ λεπτῷ στάζεσθαι, καὶ παντελῶς ἄφωνον μένειν,
 καθάπερ τῆς αἰσχύνης αὐτῷ τὴν φωνὴν ἐπεχούσης.
 Καὶ τοῦτο δὲ τῆς πολλῆς αὐτοῦ μετριοφροσύνης
 ἴδιον. Ἢδὲ γὰρ μέλλων ἀπαίρειν, τοιαῦτα μετὰ
 σφοδρᾶς ἐπιτιμήσεως ἐπισκήπτων ἦν· Μὴ ἄσητε
 ἄσμα ἐπὶ Ἐφραῖμ, καὶ ἐγκωμιάσητε, μὴ πολυτελεῖ
 ἐνθάψητε ἱματισμῷ, μὴ ἰδίᾳ τῷ σώματί μου τάφον
 ἐργάσησθε. Λόγον γὰρ ἔχω μετὰ Θεοῦ, ἀύλισθηναί

tam copiose et tam vehementer Ephræm fluxerunt
 fluentia orationis, et eum tanta et ita perpetua
 obruebat vis cogitarum, ut nec satis quidem post
 set ejus lingua servire celeritati eorum, quæ cogi-
 tarat, tametsi ejus erat tantus in dicendo fluxus, et
 tam prompte enuntiabat id, quod mente conceperat,
 ut non minus celeriter sermone explicaret, quam
 alii cogitarent. Quamobrem dicitur is Deo ali-
 quando dixisse: Remitte, o Domine, undas tuæ
 gratiæ. Abyssus enim doctrinæ, quæ linguam inun-
 dabat, non sinebat eum amplius continere, cum
 ad dicendum minime servirent instrumenta.

X. Illius autem orationem nihil aliud interrump-
 pebat nisi precatio: eam vero lacrymæ. Noctes vero,
 quæ ipsum excipiebant vigilantem, luci diei rursus
 reddebant sobrium: ut qui vereretur, ne princeps
 tenebrarum eum somno impeditum deprehenderet,
 et ideo vigilaret adversus ejus insultus. Ei enim
 sufficiebat somnus vel brevissimus, ut qui eum
 solum leviter gustaret, non uteretur autem ad sa-
 tietatem, sed tantum, quantum satis esset, ad ne-
 cessario continendum corpus, quod multis inten-
 debatur sudoribus et laboribus. Ut enim ab ejus
 oculis fugeret somnus, faciebant quidem multa
 etiam alia; maxime autem humicubatio, vitæ au-
 steritas, illaque varia et multiplex corporis con-
 sumptio et afflictio.

XI. Nihil vero possidendi tantæ sunt ab eo colle-
 ctæ divitiæ, ut ad id assumatur oris ejus testimo-
 nium, et verba quæ ab eo dicta sunt in extremo ejus
 spiritu, quibus nihil est fide dignius aut verius. Sic
 autem habent: Ephræm nunquam fuit crumena,
 non virga, non pera, neque aurum, nec argentum.
 Sed nec in terra ullam habui possessionem. Bonum
 enim Regem audiui, inquit, in suis Evangeliiis præ-
 cipientem discipulis: Nihil in terra possederitis.
 Quocirca nec affectione quidem tale quid habui.
 Ita Magistro parebat in omnibus, et se vere præ-
 buit imitatore primorum illius discipulorum.

XII. In humilitate autem et cordis contritione,
 et moderatione, quis frequentius, aut acrius, aut
 perfectius est versatus? adeo ut cinerem quidem
 tanquam panem comederet, polum autem cum
 fictu misceret. Laudes vero valde vitabat; et eos
 qui eum laudabant non solum non admittebat, sed
 eis etiam aperte succensebat, ut alius iis qui irri-
 dent et maledictis insequuntur; erubesceret autem,
 et terram aspiceret, et vultus colorem alias alium
 mutaret: tenui autem sudore difflueret, et omnino
 mutus maneret, pudore ejus vocem veluti reti-
 nente. Porro autem hoc quoque erat proprium ma-
 gnæ ejus moderationi atque modestiæ. Cum enim
 jam esset abiturus, hæc cum magna mandabat in-
 crepatione: Ne canticum cecineritis super
 Ephræm, neque eum laudaveritis. Ne me pretiosa
 veste indueritis. Ne seorsum meo corpori sepul-

crum feceritis. Statui enim, Deo volente, habitare A με σὺν τοῖς ξένοις · Ξένος ἐγὼ, καὶ παρεπίδημος, cum peregrinis, *Peregrinus enim sum et advena, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου.* sicut omnes patres mei 6.

XIII. Benignitatis autem, et alendorum mendicorum, et misericordiæ in pauperes tantam habebat rationem, et tantam illorum curam gerebat; ut quoniam ex se non habebat, quod eis impertiret (quomodo enim haberet, qui ipse quoque laborabat inopia rerum necessarium?), quod solum habebat, eo utebatur ad eorum salutem: et cum linguæ sapientia et intelligentia multis divitum et manum et viscera et horrea aperuisset, copiose per ea suppedibat egentibus. Non solum enim poterat ejus sermo mollire et demulcere animos, et movere ad misericordiam, sed vel ipse aspectus et morum moderatio. Sæpe autem vel ipsum solum respexisse, suffecit aliorum animis ad compunctionem. Et sunt hæc quidem hujusmodi, et quæ ad summum omnis virtutis sic venerunt.

XIV. Ejus vero ex Deo zeli, et eorum, quos pro recta fide suscepit, sudorum, sunt multa alia quoque indicia. Quod autem nunc suggerit dicendum oratio, et ad quod fert deinceps consequentia narrationis, est omnium maximum et jucundissimum. Ita autem habet. Apollinaris, qui in altum quidem locutus est, et meditatus magnam iniquitatem; omne vero et facere et dicere didicit ad recta pervertenda dogmata, cum circa rectam fidem multa innovasset, et sicut engastrimythi et qui e terra vocem edunt, ut recte de iis magno videtur Isaïæ 7, locutus esset, et ea duobus libris composuisset, credit cuidam mulieri, quæ illius animo dicebatur servire et voluptatibus. Cum hoc ergo didicisset Ephræm, et eam rem esse existimasset convenientem sibi venationem non levem quidem illam, sed quæ opus haberet arte et sapientia, suscipit personam unius ex iis qui eadem quæ ille sentiebat et accedit ad custodem librorum, partim quidem ei eulogias afferens ex solitudine, partim autem se artificiose in mulieris insinuans familiaritatem, ut quæ morum magistri cum ero haberet societatem. Cum autem ei scena recte se haberet, et actus simulationis, et omnino jam sibi persuasisset mulier, eum plane esse discipulum Apollinaris, et ejus, qui circa illum erat, chori impietatis; rogat mulierem, ut sibi dentur scripta magistri, ut possit, sicut aiebat, cum hæreticis (ita nos vocans, qui partem sequimur orthodoxam) facile congregari. Illa vero, callida hac arte et probabili inescata ratione, ei libros tradit, tantum dicens ut ii cito sibi redderentur.

τέχνη δαλεαθεῖται ἐγχειρίζει τὰς βίβλους αὐτῷ, ταχινὴν μόνον εἰπούτα γενέσθαι πάειν αὐτῶν τὴν ἀνάδοσιν.

XV. Hinc autem magnus Jacob, cum hac ratione profanum supplantasset Esau, et scelerata illius improbitatis primogenita fuissent ei credita, magno et forti animo virum execrandum aggreditur, et, ut dicitur, vulpem pulchre decipit. Vide enim mihi viri

1Γ'. Φιλανθρωπίας δὲ, καὶ πτωχοτροφίας, καὶ τοῦ πρὸς τοὺς πένητας οἴκτου τοσοῦτος αὐτῷ λόγος, καὶ οὕτω τῆς ἐκείνων ἀντείχετο προστασίας, ὡς ἐπέπερ οἴκοθεν οὐκ εἶχε μεταδιδόναι (πόθεν; ὅς γε καὶ αὐτὸς ἠπόρει τῶν ἀνγκυαίων) ἢ μόνον εἶχε, τοῦτο πρὸς τὴν αὐτῶν ἐξέχρητο σωτηρίαν · καὶ τῇ τῆς γλώττης σοφίᾳ καὶ τῇ συνέσει, πολλοῖς, τῶν πλουσίων καὶ χειρᾶ, καὶ σπλάγγνα, καὶ ταμειῖα, φημι, διανοίξας, ἀφθόνως δι' αὐτῶν ἐχορήγει τοῖς δεομένοις. Ἦν γὰρ οὐχ ὁ λόγος τοῦ ἀνδρός μόνον οἶος ψυχᾶς μαλάξαι, καὶ κινήσαι πρὸς ἔλεον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ὄψις, καὶ τὸ τοῦ ἤθους ἐπιεικὲς τε καὶ μέτριον · πολλακίς δὲ καὶ αὐτὸ τὸν βλέπει ταῖς τῶν ἄλλων ψυχᾶς ἱκανὸν πρὸς κατάνοξιν. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα, καὶ οὕτως εἰς τὸ ἀκρότατον ἀπάσης ἀρετῆς ἀφιγμένα.

1Δ'. Τοῦ δὲ κατὰ θεὸν ζήλου, καὶ τῶν ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας ἰδρώτων πολλὰ μὲν αὐτοῦ καὶ ἄλλα γνωρίσματα. Ὁ δὲ νῦν ὁ λόγος εἰπεῖν ὑποβάλλει, καὶ πρὸς ὃ φέρει λοιπὸν ἡ ἀκολουθία τοῦ διηγήματος, μέγιστον ἀπάντων καὶ χαριέστατον. Ἐχει δὲ οὕτως. Ἀπολλινάριος, ὁ πολλὴν μὲν εἰς τὸ ὕψος ἀδικίαν λαλήσας καὶ μελετήσας, πάντα δὲ καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν ἐπὶ διαστροφῇ τῶν ὀρθῶν δογμάτων μεμηθηκώς, πολλὰ περὶ τὴν ἀληθῆ πίστιν κεινοτομήσας, κατὰ τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας, ὡς καλῶς τῷ μεγάλῳ περὶ τούτων Ἡσαΐα δοκεῖ, καὶ ἀπὸ θελήματος οἰκείου φθεγξάμενος, καὶ ταῦτα δυσὶ βιβλίοις συντάξας, γυναικί πιστεύει τινί, ἢ τῇ ἐκείνου γνώμῃ καὶ ταῖς ἡδοναῖς δουλεύειν ἐλέγετο. Τοῦτο οὖν μαθὼν ὁ Ἐφραΐμ, καὶ θήραμα οἰκεῖον εἶναι τὸ πρᾶγμα νομίσας οὐχ ἀπλοῦν, ἀλλὰ τέχνης δεόμενον καὶ σοφίας, προσωπεῖον ἑνὸς ὑπέρχεται τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων, καὶ τῇ τῶν εἰθλιῶν φύλακι πρόσεισι · τοῦτο μὲν, εὐλογίας αὐτῇ δῆθεν ἀπὸ τῆς ἐρήμου κομίζων · τοῦτο δὲ, καὶ οἰκειῶν ἑαυτὸν εὐτέχνως πρὸς τὴν γυναῖκα, καὶ συνήθης αὐτῇ γινόμενος, καθάπερ καινωνίαν ἐχούση πρὸς αὐτὸν καὶ τρόπων καὶ διδασκάλου. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ σκηνὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ καὶ τὸ δρᾶμα τῆς ὑποκρίσεως, καὶ πέπειστο ἤδη παντελῶς ἡ γυνὴ μαθητὴν αὐτὸν εἶναι σαφῶς Ἀπολλινάρου, καὶ τοῦ περὶ ἐκείνον τῆς ἀσεβείας χοροῦ, δέεται περὶ τῶν βιβλίων τῆς γυναικὸς, ὥστε δοθῆναι αὐτῷ τὰ τοῦ διδασκάλου συγγράμματα, ὅπως ἔχει, φησὶν, τοῖς αἰρετικοῖς (οὕτως ἡμᾶς τοὺς τῆς ὀρθοδόξου μοίρας ἀποκαλῶν) εὐπετῶς ἄγαν συμπλέκεσθαι. Ἡ δὲ τῇ σοφῇ ταύτῃ καὶ πιθκνῇ

1Ε'. Ὁ μὲντοι μέγας Ἰακώβ οὕτως τὸν βέβηλον ταύτῃ πτερονίσας Ἡσαΐ, καὶ τὰ πονηρὰ πρωτότοκα τῆς ἐκείνου κακίας ἐγχειρισθεὶς, ἐπέξεισι γενναίως τὸν ἀλιτήριον, καὶ τὸ τοῦ λόγου, παλαυεὶ καλῶς τὴν ἀλώπεκα. Ὅρα γὰρ μοι τοῦ σοφοῦ τὴν ἐπίνοιαν, καὶ

ὅπως τηλικαύτην ψυχῆς σκιαιότητα καὶ ποικιλίαν κατασοφίζεται. Τὸ μὲν οὖν πρὸς λόγους χωρῆσαι καὶ ἀντιθέσεις, καὶ γλωτταν αὐτοῖς ἐπαφεῖναι, λύσαι πάντα καὶ ἀνατρέψαι λίαν εὐχερῶς δυναμένην, οὐ πᾶν πρόχειρον ἦν αὐτῇ ἀλλὰ καὶ χρόνου συχνοῦ δεόμενον καὶ πόνου. Τοῦτο δὲ τοῦ καιροῦ τηλικαῦτα μὴ ἐπιτρέποντος (ἐπέκειτο γὰρ ἡ γυνὴ σφοδρῶς ἀπαιτοῦτα τὰς βιβλους), ἐπ' ἄλλην τρέπεται τινα μηχανήν, πολὺ σὺν τῇ τάχει καὶ τὸ δραστήριον ἔχουσαν. Ἀναπτύξας γὰρ τὰ βιβλία, καὶ τῶν φύλλων ἕκαστον διελών, ἰχθύος τε κόλλη τὸ πᾶν ἱκανῶς διαχρίσας, εἶτα θάτερον θάτερον συμπύξας, καὶ μέχρι πολλοῦ τῇ χειρὶ ταῦτα συσχών τε καὶ ἐπισφίγγας, ὡς ἐν πάντα γενέσθαι τῇ πρὸς ἄλληλα σχέσει καὶ συναφείᾳ, καὶ μηδ' ἕτερον τοῦ ἑτέρου διασπᾶσθαι δύνασθαι, ἢ ὅπως οὖν ἀποβροχῆσθαι, τῇ γυναικὶ ἀποδιδῶσιν. Ἡ δὲ ἀπολαμβάνει ταῦτα, μηδὲν περιεργασομένη, μηδ' ἀναπτύξασα, πλήν ὅτι περ ὕγιως εἶχον τὰ ἔξω, τοῦτο μόνον ἐπ' αὐτοῖς ἀρκεσθεῖσα. Χρόνον μὲν οὖν οὕτω τινὰ κατεῖχε τὰς βιβλους παρ' ἑαυτῆς.

15. Ἐπειτα καλεῖται μὲν ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων Ἀπολλινάριος. Τοῦ θεῖου δὲ τοῦτο Ἐφραῖμ, καὶ τῆς διὰ Χριστὸν εὐμηχανοῦ καὶ ὀξυτάτης ψυχῆς ἐκείνης ὑποβολή· ἥθει γὰρ ὁ κατὰ τῶν ἀνοσίων ἐκείνων καὶ μιαιῶν βιβλων εἰργαστο. Καλεῖται τοίνυν Ἀπολλινάριος, ὡς τῇ γενναίᾳ προστάτῃ τοῦ Λόγου διαλεξόμενος. Ὁ δὲ καὶ γῆρας ἤδη καὶ τοῖς ἐκ τοῦ γῆραος κήμων κακοῖς, αὐτὸς μὲν ἀπηγόρευκε τὴν διάλεξιν· εὐθὺς δὲ πρὸς τὰς οἰκείους ἔδλεψε βιβλους, καὶ ταύτας αὐτῇ κομισθῆναι προσπάττει· αὐταὶ γὰρ μοι, φησὶν, ὅσα καὶ στόμα τῷ λογῷ, διακονήσουσιν. Ἀμέλει καὶ τῶν βιβλων τὴν ἑτέραν λαβόν, ὁ μὲν ἀναπτύσσειν αὐτήν, περὶ αὐτὰς που τὰς ἀρχὰς τῆς συγγραφῆς μετὰ πολλοῦ τοῦ φρονήματος ἐπειράτο. Ὡς δ' οὐχ ὑπέλασεν ἐκείνη τὸ παράπαν, οὐδὲ τῶν φύλλων τινὰ διεσπάτο, ἀλλ' ἑαυτῆς εἶχετο μᾶλλον καθάπερ ἐν σῶμα γεγενομένη, περὶ τὰ μέσα ταύτης μετίθαινε. Ἐπεὶ δὲ κἀνταῦθα διημάρτανε τῶν ἐλπιδῶν, τὴν τοιαύτην βιβλον ἀφείς, μετελάμβανε τὴν ἑτέραν. Ὡς δὲ κἀκείνη λοιπὸν εἶχε παραπλησίως, ἀδιαιρέτως τε ἦν αὐτῇ ἑαυτῆς, καὶ παντελῶς ἀδιάσπατος, εἰς πολλὴν καταστάς ἀπορίαν, σκότου τὴν ψυχὴν πληρωθεῖς, ὑπὸ τοῦ τῆς ἀθυρίας ἐκείνης καὶ τῆς ἀισχύνης ἰλίγγου, καὶ ὡς περὶ τῷ πάθει παρατραπείς, ἀνατηδᾶ τοῦ τῶν ἐνδόν, κατέχειν ἑαυτὸν ὅλως δυνατὸς οὐκ ὦν· καὶ τέλος, κακῶς ἀπόλλυται καρπὸν τῶν οἰκείων πόνων, καὶ βιβλων ἀμήτας θάνατον. Τοιοῦτος ἦν καὶ ὁ ὑπὲρ Χριστοῦ ζήλος. Ἐφραῖμ, καὶ οὕτως εἰς τὴν ἐκείνου ψυχὴν ἀρετὴ πᾶσα περφέτευτο, ὥστε πηγὴν ἂν τις αὐτὴν εἰκότως καλέσειε παντοδαποῖς νάμασι βρούουσαν, ἢ λειμῶνα ποικίλοις ἄνθεσι καὶ ῥόδοις κομῶντα, ἢ καὶ οὐρανὸν ἐπὶ γῆς ἄλλον τῷ τῶν ἀστέρων πλήθει πάντοθεν ποικιλλόμενον· εἰ βούλει δὲ, καὶ παράδεισον, οἷον τὸν τῆς Ἐδέμ, ἀκούεις ἀκμάζοντα, καὶ φαιδρὸν ἀεὶ, καὶ μηδέποτε μαραίνόμενον· ἀλλὰ φυτοῖς ἐγκάρποις καὶ ἀκηράτοις ἀεὶ ποτε θάλλοντα. Πλήν ὅφει μόνον τὸ παράπαν ἄψαυστον τε καὶ ἀνεπίβητον τῷ πονηρῷ καὶ τῆς σωτηρίας ἐπιβούλῃ τῆς ἡμετέρας.

A sapientis inventum, et quemadmodum tam improbum et tam varium callide fallit animum. Venire quidem ad disputandum et opponendum, et linguam eis immittere, quæ omnia facile posset solve-re et evertere, non erat ei admodum expeditum: sed in longo opus habebat tempore et labore. Cum autem id facere non permitteret opportunitas (urgebat enim mulier, libros vehementer repensens), convertitur ad quamdam aliam machinationem, quæ cum celeritate magnam habebat vim et efficaciam. Nam cum libros explicasset, et foliorum unumquodque divisisset, ichtyocolla satis universum illivisset, et deinde cum altero complicasset, et ea diu manu constrinxisset ac compressisset, adeo ut mutua inter se conjunctione omnia unum fierent, et neutrum posset ab altero divelli, aut quomodocunque abrumpi, eos reddit mulieri. Illa vero eos recipit nihil quærens amplius, neque eos explicans, satis habens quod recte se haberent extrinsecus. Aliquo ergo tempore sic libros apud se retinuit.

XVI. Deinde vocatur quidem ab orthodoxis Apollinaris: hoc autem suggesserat propter Christum acutissima et ingeniosissima Ephræm anima; sciebat enim, quid fecisset in illos impios et execrandos libros: vocatur ergo Apollinaris, tanquam cum egregio Verbi defensore disputaturus. Ille autem jam et senectute et senectutis malis defessus, recusavit quidem ipse disserere: statim vero ad suos libros respexit, et eos ad se deferri præcepit. Ipsi enim mihi, inquit, subministrabunt, quæcunque orationi. Cum ex libris itaque cepisset alterum, ille quidem eum explicare statim in principio operis cum magna quadam gravitate conabatur: at cum ille omnino non obediret, neque ex foliis aliqua divellerentur, sed tibi potius cohærent, ut qui tanquam unum corpus evasissent, transit ad ejus medium. Cum vero et illic esset spe falsus, eo libro relicto, transit ad alterum. Ubi autem ille quoque se haberet similiter, et ipse a se non posset dividi, nec fieri omnino posset ut divelleretur, ad magnam mentis redactus inopiam, præ pudore et animi ægritudine caligans, et vertigine laborans, et eo casu veluti eversus exsilit e consessu, ut qui se non posset amplius continere: et tandem male perit, fructum laborum suorum et librorum mortem colligens. Talis pro Christo fuit zelus Ephræm, et sic omnis virtus plantata fuerat in illius anima, adeo ut quis eam merito vocaverit fontem, unde scatet omne genus fluentis; aut pratum, quod sibi placet propter varios flores et rosas; aut etiam aliud cælum in terra, quod astrorum multitudine undique variatur; et si vellis, audis etiam paradysum, veluti illius Eden, qui est semper florens, et lætus, et nunquam marcescit, sed arboribus feutilibus et quæ nunquam intereunt semper floret et germinat: solus autem serpens eum non potest attingere, nec ei patet aditus, qui est malus et invidus et nostræ saluti insidiatur.

Sed jam mihi ad finem tendit de sancto A Ephræm narratio. Quocirca aliquid ex iis quæ circa mortem illius fuerunt, necesse est persequi, et quod sufficit ad ostendendam illius gratiæ abundantiam. Nam cum jam esset e vita discessurus, postremo præcepit iis qui aderant ne in pretiosa veste cum sepelirent, sicuti prius declaravimus. Si quis vero, inquit, cum patrem amet, talem nobis vestem præparavit, ille eam quæ constituta est ad sepulturam, det egentibus. Et ille quidem hæc mandabat iis qui circumfluebant. Unus autem ex eis, qui erat illustrior et vehementior, cum pretiosam et sumptuosam vestem parasset, qua post mortem corpus illius tegeret et deinde audisset mandatum, ægre tulit, ut qui a suo excidisset proposito, et ideo differebat eam quoque dare pauperibus, melius esse judicans tantum auri illis pendere, quanti vestis æstimaretur: ignorans se multo magis gratificaturum esse Ephræm, si dederit pauperi, quam si propriam voluntatem sequatur et iudicium.

XVII. Cum sic itaque affectus constituisset, inobedienciæ protinus luit pœnas a malo arreptus dæmone, et cogitationis solum non actionis pendens supplicium. Quamobrem ad Sancti lectum se proripit in medio omnium videntium, torquens manus, invertens, oculos, spumam ex ore expuens, et plane faciens omnia quæ faciunt ii qui furore exagitantur: a divina Providentia ei traditus ad disciplinam, cui parens patrium contempsit mandatum. Quid ergo? Qui occulta providebat, et divino Spiritu loquebatur, ille intellexit morbum esse fructum peccati: et, Quid a te, inquit, o homo, factum est, quod non oporteat, quod te in tantum prostrusit periculum? Ille autem cum resipisset ab insania, suam refert pronuntiatque iniquitatem, aperit inobedientiam et cogitationem suarum arguit imbecillitatem. Cujus morbi divinus Ephræm misertus, cum accepisset confessionem, sola precatione et manuum impositione liberat a dæmone, jubens ut impleret promissum, sicut ei mandaverat. Cum sic ergo sanctus Ephræm in fine vitæ superiores actiones tanto obsignasset miraculo, eos autem qui aderant admonuisset, eis que consuluisset, et præcepta dedisset, et eos ad operationem virtutis satis excitasset: transiit ad ea quæ sunt illic tabernacula, et splendorem qui eos qui tales sunt excipit: in Christo Jesu Domino nostro: cui honor, gloria et potentia, cum Patre et sancto Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

Ἄλλ' ἤδη μοι πρὸς τὸ τέλος ὁρᾷ τὰ κατὰ τὸν Ἐφραΐμ διηγήματα. Διὸ καὶ τι τῶν περὶ τὴν ἐκείνου τελευταίην διεξελθεῖν ἀναγκαῖον, καὶ ὁ μάλιστα τῆς ἐνούσης αὐτῷ χάριτος τὴν περιουσίαν ἱκανὸν παραστήσαι, "Ἐδὴ μὲν γὰρ τὴν ἐσχάτην ἀπαίρειν ἔμελλεν ἐκδημίαν· τὰ τελευταῖα δὲ τοῖς παροῦσι παρηγγυᾶτο μὴ πολυτελεῖ αὐτὸν ἐσθῆτι συνθάψαι, καθάπερ προσλαβὼν ὁ λόγος ἐδήλιωθεν. Εἰ δὲ τις, φησὶν, φιλοπάτωρ ὢν, τοιαύτην ἡμῖν ἐσθῆτα προητοιμάσατο, τὴν ὀρισθεῖσαν ταύτην ἐκεῖνος εἰς ταφὴν δότω τοῖς δεομένοις. Καὶ τοιαυτὰ μὲν ἐκεῖνος πρὸς τοὺς περιστώτας ἐπισκῆπτων ἦν. Εἰς δὲ τις αὐτῶν, καὶ οὗτος τῶν ἐπιφανεστέρων, καὶ θερμοτέρων ἐσθῆτα πολυτελεῖ καὶ φιλότιμον ἐτοιμάσας, περιβάλλειν αὐτῇ τὸ ἐκείνου σῶμα μετὰ θάνατον διεσκόπει· ἔπειτα τῆς ἐντολῆς ἀκούσας ἤλγει τε μᾶλλον, ὡς τὸ θέλημα καὶ τὴν πρόθεσιν ἀνασκευασθεῖς· καὶ διὰ τοῦτο δοῦναι πένησιν αὐτὴν ἀνεβάλλετο, βέλτιον εἶναι κρίνας χρυσίον μᾶλλον ἐκεῖνοις καταδραλεῖν, ὅσου ἂν ἡ ἐσθῆς ἐτιμᾶτο· ἄγνοια, ὡς ἔοικεν, ἀγνοήσας, ὅτι πολλῶ μᾶλλον οὕτως ἐφάνη τῷ Ἐφραΐμ χαριζόμενος πένητι δοῦς, ἢ θελήματι ἰδίῳ καὶ κρίσει στοιχῶν.

ΙΖ'. Ταύτη τοι καὶ παθὼν ἄγνω, καὶ τῆς παρακοῆς εὐθὺς ὑπέοχε τὴν τιμωρίαν πονηρῶ πλὴγεις δαίμονι, καὶ λογισμῶν μόνον οὐχὶ πράξεως κόλασιν εἰσπραχθεῖς. Ὅθεν καὶ τῇ του ἀγίου κλίνῃ, μεταξὺ πάντων ὁρώντων, ἑαυτὸν προσαράττει, στρεβλῶν τὰς χεῖρας, καὶ διαστρέφων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀφρόν ἀποπτύων τοῦ στόματος, καὶ τᾶλλα ὅσα λαμπρὰς μανίας ἔργα ποιῶν, θειοτέρας λόγοις οἰκονομίας τοῦτω παραδοθεῖς εἰς παιδεῖν, ᾧ πεισθεῖς, μᾶλλον πατρικῆς ἠλόγησεν ἐντολῆς. Τί οὖν; Ὅ τὰ κεκρυμμένα διορῶν, ἐκεῖνος καὶ τῷ Πνεύματι τῷ θεῷ φθεγγόμενος, συνῆκε τὸ πάθος, ἀμαρτίας εἶναι καρπὸν· καὶ, Τί σοι μὴ δεόντως πέπρακται, φησὶν, ἄνθρωπε, ὃ τι σε καὶ εἰς τηλικούτον ὤθησε κίνδυνον; Καὶ ὅς τῆς πανίας ἀνενεγκῶν, ἐξαγορεύει τὴν ἀνομίαν, ἐκκαλύπτει τὴν παρακοήν, ἐλέγχει τὴν τῶν λογισμῶν ἀσθένειαν. Ὅν ὁ θεὸς Ἐφραΐμ, τοῦ τε πάθους οἰκτείρας, καὶ ἀποδεξάμενος τῆς ἐξαγορεύσεως, εὐχῇ μόνῃ καὶ χερῶν ἐπιθέσει τοῦ δαίμονος ἀπαλλάττει, πληροῦν αὐτῷ τὴν ὑπόχρεσιν κατὰ τὴν ἐντολήν ἐπιτρέψας, Οὗτος οὖν ὁ ἱερός Ἐφραΐμ ἐπὶ τέλει τοῦ βίου, καὶ τηλικούτῳ θύματι τὰς ἀνω πράξει ἐπισφραγίσας, ἔπειτα δὲ καὶ παραινέσας τοῖς παροῦσι, καὶ συμβουλεύσας, καὶ ὑποθεῖς, καὶ ἱκανῶς αὐτοὺς πρὸς ἀρετῆς ἐργασίαν διαναστήσας, πρὸς τὰς ἐκεῖθεν σκηνὰς διαβαίνει, καὶ τὴν ἐδεχομένην τοὺς τοιοῦτους λαμπρότητα, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος, σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

MARTYRIUM ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΙΓΝΑΤΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΦΟΡΟΥ.

MARTYRIUM SACROSANCTI MARTYRIS
DEIFERI IGNATII.

(Latine apud Surium ad diem I Febr. (1) ; Græce ex cod. ms. Paris. 1400 nunc primum prodit. EDIT. PATR.)

Α'. Ἄρτι Τραϊανοῦ τὰ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας Ἀσκήπτρα παραλαβόντος, τῆς Ἀντιοχείων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος ὁ καὶ κλήσει καὶ πράγματι Θεοφόρος Ἰγνάτιος ἦν. Πέτρον μὲν γὰρ τὸν μέγαν Εὐόδος διαδέχεται, Εὐόδον δὲ Ἰγνάτιος, τοῦ τρόπου τε καὶ τῆς ἀρετῆς ζηλωτῆς γίνεται τούτου. Δὴ τῷ Θεοφόρῳ φασὶ κομιδῇ ὄντι νηπίῳ τὸν Χριστὸν ἔτι τὰς ἐν κόσμῳ δικτριβὰς ποιούμενον τὰς ἀχράντους τε αὐτῷ ἐπιθεῖναι χεῖρας καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἀποβλέψαντά, Ἐάν μή τις, εἰπεῖν, ταπεινώσῃ ἐαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τοῦτο, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανίων, καὶ ὅς ἐάν ἐν τῶν τριούτων παιδίων δέξῃται ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐμὲ δέχεται, ὁποῦτος ἔστι προνόπτων τὴν ἡλικίαν Ἰγνάτιος ἐντεῦθεν παραδηλών καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἐκείνου διδασκαλίαν σαφῶς ὑποφαίνων.

Β'. Οὗτος τοίνυν ὁ θεῖος Ἰγνάτιος ἅμα Πολυκάρπῳ τῆς κατὰ Σμύρναν Ἐκκλησίας ἡγησαμένῳ μαθητῆς Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ γίνεται, καὶ αὐτῷ μόνῳ φοιτήσας, πᾶσαν τε ἀρετῆς ἰδέαν καὶ μάλιστα τὴν ἱερεῖ πρέπουσαν φιλοπόνως ἐξακηθεὶς, εἶτα καὶ ἱερεὺς κοινῇ πάντων ὁμοῦ τῶν ἀποστόλων ψήφῳ χειροτονεῖται καὶ τῆς Ἀντιοχείων ἐπίσκοπος χειρίζεται. Παραλαβὼν δὲ τὴν Ἐκκλησίαν καὶ ἰδρῶτι συχνῶ καὶ μόχθῳ τὸ τῆς εὐσεβείας ἐν αὐτῇ κήρυγμα κατασπείρας, ἀποστολικὸν τε διὰ πάντων ζῆλον καὶ διδασκαλίαν ἐπιδειξάμενος, καὶ τέλειος διάκονος ἤδη τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων ἀναφανείς, καὶ μάρτυς ὑστερον γίνεται, θηρίοις δὲ ἐκεῖνον παραδοθείς, ὡς μικρὸν ἄνωθεν ἀναλαβὼν λόγος δηλώσει.

Γ'. Τραϊανῷ γὰρ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι τῇ κατὰ Σκυθῶν ἐπαρθέντι νίκη καὶ μὴ μέχρι τούτου στήσαι τὴν εὐδαμονίαν ἀνεχομένῳ, ἀλλὰ περαιτέρω ταύτην βουλομένῳ προαγαγεῖν, καὶ πολλοὺς ἑτέρους τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ παραστήσασθαι, τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων ὁ κατὰ Χριστιανῶν, εἴτ' ὄν εὐσεβείας πόλεμος κράτιστον αὐτῷ καὶ λυσιτελεῖς ἐνομιζέτο. Ἐκεῖ-

I. Cum Trajanus sumpsisset scepra Romanorum imperii, erat Antiochenæ Ecclesiæ episcopus, et nomine et re Deifer Ignatius. Nam magno quidem Petro succedit Evodus, Evodo autem Ignatius, fitque et morum ejus et virtutis æmulator. Huic divino Ignatio, cum esset adhuc plane puer, aiunt Christum adhuc versantem in mundo, ei intemeratas manus imposuisse, et ad populum intuentem, dixisse : Nisi quis seipsum humiliaverit ut hic puellus, non intrabit in regnum cælorum ; et qui unum ex talibus pueris susceperit in nomine meo, me suscipit ¹, qualisnam futurus esset ætate proficiens Ignatius, hinc ostendens, et apostolicam illius doctrinam aperte indicans.

B II. Hic ergo divinus Ignatius, simul cum Polycarpo, qui Smyrnensi præerat Ecclesiæ, fuit discipulus Joannis evangelistæ : et cum ad eum solum ventitasset, et omnem virtutis speciem, et eam maxime, quæ decet sacerdotem, diligenter exercuisset, sacerdos deinde eligitur communi sententia omnium simul apostolorum, et Antiochenus creatur episcopus (2). Cum autem assumpsisset Ecclesiam, et multo sudore et labore in ea seminasset preconium pietatis, et zelum per omnia apostolicum et doctrinam ostendisset et exstitisset perfectus minister Christi misteriorum, fit quoque postea martyr, bestiis propter illum traditus, ut paulo altius repetens declarabit oratio.

C III. Trajano enim Romanorum imperatori, quam de Scythis habuerat, elato victoria, et non sustinenti suam hucusque sistere felicitatem, sed volenti eam ulterius producere, et Romanorum imperio multos alios subjungere, adversus Christianos seu adversus pietatem bellum ei visum est optimum esse et expedire. Nam illo quidem modo putabat se soli

¹ Matth. xviii, 4, 5.

(1) Græci festum ejus 20 Decembris celebrant, ut notat Baronius in Martyrologio.

(2) Vide Baron. ad an. Christi 71.

prodesse reipublicæ : sic autem etiam deos suos A colere, et eos inducere, ut opem ferrent adversus hostes. Gravem itaque ac difficilem persecutionem infert adversus piam fidem, et proponit edicta per universam terram, quæ ejus parebat imperio, ut vel essent cum eo omnes impietatis participes, vel adhuc manentes Christiani, afficerentur variis suppliciis et acerbis mortibus. Contigerat, ut tunc Trajanus versaretur Antiochiæ : ut qui esset expeditionem suscepturus contra Persas, et bellum ibi pararet. Hic ergo ei de divino significatur Ignatio, quod et religionem teneret Christianam, et hominibus persuaderet, ut Christum tanquam Deum honorarent, idque cum fuisset a Pilato cruce condemnatus et morte, ut docent ejus acta : et fert legem de servanda virginitate, et de contemnendis B divitiis et deliciis, et aliis quæ sunt in vita jucunda ; et quod est omnium gravissimum, quod non oporteat putare esse deos, et nullam imperatorum ducere rationem (3).

IV. Hæc postquam audivit Trajanus, sancto statim accersito, cum una etiam adesset senatus: Tune es, inquit, qui diceris Deifer, qui nostra jusso ludificaris, et omnem evertis Antiochiam, et omnes ducis post Christum, qui a te prædicatur, et nec solo quidem deos dignaris nomine? Divinus autem Ignatius, Ego sum, inquit. Ille vero, Et quid sibi vult, inquit, illud Deifer? Cui martyr : Qui Christum, inquit, circumfert in anima. Imperator autem : Tu ergo, inquit, Christum in teipso circumfers? Certe, inquit. Scriptum est enim : « Habitabo in eis et inambulabo². » Quid vero nos? non videmur tibi deorum assidue meminisse, et eos semper in anima circumferre, eosque inducere ad opem ferendam contra hostes, et per eos omnia facere, quæ sunt ex animi sententia? Respondens autem divinus Ignatius : Hei mihi, inquit, simulacra gentium deos nominas. Unus enim Deus, inquit, verus, qui cæli et terræ et maris, et omnium quæ sunt in ipsis est creator. Unus Christus Jesus, Dei Filius unigenitus, cujus regni non est finis. Quem si tu agnosceres, o imperator, et purpura ipsa, et diadema, et thronus regius, firmiora essent et stabiliora.

V. Imperator vero, Hæc tam multa, inquit, mittamus. Tu autem, si velis, inquit, o Ignati, meæ potentia^D rem facere gratissimam, et de cætero referri in numerum meorum amicorum, hac mente mutata, diis nobiscum sacrificare: et statim (sciant ipsi omnes) te magni Jovis constituam pontificem, et patrem nominabo senatus. Adhæc divinus Ignatius: Gratias quidem præbere, o imperator, omnibus quidem est pulchrum : maxime autem imperatoribus, quod possint ipsi amplius gratificari: sed eas, quæ

νωσ μὲν γὰρ τὸ κοινὸν ὠφελεῖν μόνον, οὕτω δὲ καὶ τοὺς αὐτοῦ θεοὺς θεραπεύειν καὶ συνεργοὺς αὐτοὺς κατὰ τῶν πολεμίων ἐπάγεσθαι. Ἀμέλει καὶ διωγμὸν κατὰ τῆς εὐσεβοῦς πίστεως χαλεπὸν ἐπάγει, καὶ διατάγματα κατὰ τῆς ὑπερκόου πάσης ἐκτίθεται, ὥστε ἢ πάντα αὐτῷ κοινωνοὺς εἶναι τῆς ἀσεβείας, ἢ Χριστιανοὺς εἰ μόνοντας τιμωρίας ποικίλαις καὶ θανάτοις χαλεποῖς ἐκδίδοσθαι. Ὑπῆρξε δὲ τότε Τραϊανῷ τῇ Ἀντιοχείῳ ἐπιδημεῖν, οἷα δὴ μέλλοντι κατὰ Περσῶν ἐκστρατεύειν καὶ παρεσκευαζομένῳ τὰ πολέμια. Ἐνταῦθα γοῦν καὶ μηνύεται αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν θεοφόρον Ἰγνάτιον, ὡς εἶη τε τὰ Χριστιανῶν προσθεύων καὶ Χριστὸν Ἰσα καὶ θεοῖς τιμᾶν τοὺς ἀνθρώπους ἀναπειθῶν, καὶ ταῦτα στυγρὸν ὑπὸ Πιλάτου κατακριθέντα, καὶ θάνατον ὡς τὰ περὶ αὐτοῦ διδάσκουσιν ὑπομνήματα· μονοθετεῖ τε παρθενίαν καὶ πλοῦτον καὶ τρυφῆς καὶ τῶν ἄλλων τοῦ βίου τερπνῶν κατολιγορεῖν καὶ τὸ δὴ χαλεπώτατον, μήτε θεοῦ ἠγεῖσθαι, μήτε τινὰ τὸν λόγον τῶν αὐτοκρατόρων τίθεσθαι.

Δ'. Ταῦτα ὡς ἤκουσε Τραϊανὸς, μεταπεμφάμενος αὐτίκα τὸν ἄγιον, συμπροῦσης αὐτῷ καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς· Σὺ εἶ, φησὶν, ὁ λεγόμενος θεοφόρος, ὁ τῶν ἡμετέρων καταπιζῶν προσιτάξεων καὶ τὴν Ἀντιοχείῳ ἀνάστατον πᾶσαν ποιῶν, ὀπίσω τε πάντας τοῦ ὑπὸ σοῦ κηρυττομένου Χριστοῦ ἐπαγόμενος, καὶ μηδὲ φιλοῦ τοὺς θεοῦ, ὀνόματος ἀξίῳν; Καὶ ὁ θεὸς Ἰγνάτιος· Ἐγὼ εἶμι, ἔφη. Ὁ δὲ· Καὶ τί ἐστὶ θεοφόρος, διεπυθάνετο. Πρὸς ὅν ὁ μάρτυρ· Ὁ τὸν Χριστὸν ἐν τῇ ψυχῇ περιφέρειν, ἔφη. Καὶ ὁ βασιλεὺς· Σὺ οὖν ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν περιφέρεις, Ναί, φησι· γέγραπται γάρ· « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. » Τί δαὲ ἡμᾶς; οὐ σοὶ δοκοῦμεν θεῶν μεμνησθαι διηνεκῶς, καὶ τούτους ἐν τῇ ψυχῇ φέρειν αἰεὶ συμμάχους τε αὐτοὺς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπαγόμενοι, καὶ δι' αὐτῶν πάντα ποιῶντες τὰ κατὰ γνώμην; Καὶ ὑπολαβὼν ὁ θεὸς Ἰγνάτιος· Φεῦ, ὅτι τὰ εἰδῶλα, ἔφη, τῶν ἐθνῶν θεοὺς, βασιλεῦ, ὀνομάζεις! Εἷς γὰρ θεὸς ἀληθῆς, ὅς οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ οὐρανόθεν καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς πάντων ἐστὶ ποιητής· εἷς Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ τοῦ θεοῦ μονογενῆς Υἱός, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος· ὅν εἰ καὶ αὐτὸς ἐπέγνωσ, ὦ βασιλεῦ, πολλῶν ἂν ἦ τε ἀλουργίαι σοὶ αὐτῆ καὶ τὸ διάδημα καὶ ὁ βασιλικὸς θρόνος βεβαϊότερα ἦσαν καὶ κομιδῇ μονιμώτερα.

Ε'. Καὶ ὁ βασιλεὺς· Τὰ μὲν πολλὰ ταῦτα χαίρειν εἰδῶμεν. Σὺ δὲ, εἰ βούλεις, φησὶ, Ἰγνάτιε, τὰ μεγάλα τῷ ἐμῷ κράτει χαρίσασθαι καὶ τοῖς ἐμοῖς τοῦ λοιποῦ συντάττεσθαι φίλοις, τῆς τοιαύτης γνώμης μεταβαλὼν, οὕτον σὺν ἡμῖν τοῖς θεοῖς καὶ αὐτίκα (ἴστωσαν αὐτοὶ πάντες) ἀρχιερέα σε τοῦ μεγάλου Διὸς καταστήσω, δι' ὃ καὶ πατέρα τῆς βουλῆς ὀνομάσω. Πρὸς ταῦτα ὁ θεοφόρος· Χάριτας μὲν παρέχειν, ὦ βασιλεῦ, καὶ πᾶσι καλὸν, μάλιστα δὲ βασιλεῦσιν, ὅτι καὶ αὐτοὶ δυνατοὶ τὰ μείζω πάλιν ἀντιχαρίσασθαι· ἀλλὰ τὰς

² II Cor. vi, 16.

(3) Ignatium ante Trajanum etiam a Domitiano persecutionem passum ex Ignatii epist. 4 ad Mariam Cassobolitem, memorat Baronius ad an. 93.

λυσιτελεῖς πάντως καὶ ὠφελίμους ἀμφοτέροις, τὰς ἄ
 δὲ βλάπτειν καὶ μάλιστα γε ψυχὴν δυναμένης καὶ
 σφοδρότεραν αὐτῆ τοῦ πυρὸς τὴν γέενναν ὑπανάπτειν,
 οὐχ ὁ διδοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ αἰτῶν αὐτὸς ἀθλιώ-
 τατος. Θαυμαστὴ δὲ σου, βασιλεῦ, καὶ μεγαλόδωρος
 ἡ ἐπαγγελία. Τί γὰρ ἐμοὶ τὸ τοῦ παρὰ σοὶ μεγίστου
 Διὸς καστῆναι ἀρχιερέα καὶ βουλῆς πατέρα κλη-
 θῆναι, ἱερεῖ τε ὄντι Χριστοῦ καὶ θυσίαν αὐτῷ καθ'
 ἑκάστην ἀνέσεως οὖοντι, ἤδη δὲ καὶ ὄλον ἐμαυτὸν
 καταθύσειν ἐπειγομένῳ καὶ σύμγυτον θέσθαι τῷ τοῦ
 θανάτου αὐτοῦ ὁμοιώματι. Καὶ ὁ βασιλεὺς· Τίτι δὲ
 σπεύδεις ἑαυτὸν καταθύσαι, τῷ ἐπὶ Ποντίου σταυρω-
 θέντι Πιλάτου; Ναί, φησὶν ὁ μέγας Ἰγνάτιος, τῷ
 τὴν ἁμαρτίαν ἀνασταυρώσαντι καὶ τὸν εὐρετὴν αὐ-
 τῆς διάβολον καθελόντι καὶ πᾶσαν διὰ τοῦ σταυροῦ
 ἐκείνου δύναμιν καταργήσαντι. Αὐθις οὖν ὁ βασιλεὺς· B
 Ἔοικάς μοι, φησὶν, Ἰγνάτιε, κρίσεως ὀρθῆς καὶ
 φρενὸς ὑγιῶς ἐχούσης ἔρημος τοπαράπαν εἶται· οὐ
 γὰρ ἂν οὕτω φανερώς ταῖς τῶν Χριστιανῶν Γραφαῖς
 ἐξηπάτησο, ἀλλ' ἔγνωσ πάντως, ἡλίκον ἀγαθὸν βα-
 σιλικὸς πείθεσθαι διατάγμασι καὶ θεῖς μετὰ πάν-
 των προσφέρειν θυσίας. Πρὸς ταῦτα μείζονι πάλιν
 ὁ ἅγιος χρησάμενος παρρησίᾳ· Εἰ καὶ θηρίοις ἀνα-
 λώσεις, ἔφη, εἰ καὶ σταυρῷ με κατακρινεῖς, εἰ καὶ
 αὐτῷ ζίφει καὶ πυρὶ παραδώσεις, ἃ τῆς σῆς ἐξου-
 σίας, ἐστὶν οὐκ ἂν ποτε θυσίαν ἐγὼ δαίμοσι προσ-
 ενεγλεῖν ἀνάσχοιμι, οὔτε γὰρ θάνατον δέδοικα, οὔτε
 ποθῶ τὰ παρόντα, ὧν ὑμεῖς κύριοι παρέχειν τὰς
 ἀπολαύσεις, ἀλλὰ τῶν μελλόντων ἐφίεμαι, καὶ σπου-
 δῆ μοι πᾶσα πρὸς τὸν ὑπὲρ ἐμοῦ ἀποθανόντα διαβῆ-
 ναι Χριστόν.

Σ'. Ἐφ' οἷς ἐξ ἀγχινοίας δῆθεν ἡ σύγκλητος ἐπι-
 λαβέσθαι βουλομένη τοῦ μάρτυρος· Τί δὲ συνομολο-
 γεῖς ἔφησον, καὶ αὐτὸς, τεθνάναι σου τὸν Θεόν· καὶ
 πῶς ἂν ὁ θάνατον ὑποστὰς καὶ θάνατον ἐπάρχτον
 οὕτως, ἐτέρους ὠφελῆσαι δυνατὸς ἔσται; οἱ Θεοὶ δὲ
 ἀθάνατοί τε εἰσι, καὶ παρ' ἡμῶν λέγονται. Ἐκ τού-
 του λαβόμενος ἀφορμῆς ὁ θεὸς Ἰγνάτιος, ὥστε ὁμοῦ
 μὲν τοὺς ἐκείνων διαμυκτηρίσαι Θεοὺς, ὁμοῦ δὲ καὶ
 τοῦ τῆς οἰκονομίας μυστηρίου θύραν αὐτοῖς παρα-
 οίξαι καὶ οὕτως εἰς πίστιν χειραγωγῆσαι τῆς τοῦ
 Θεοῦ γνώσεως, οὕτω διεῖθει τοὺς λόγους· Ὁ ἐμὸς
 Κόριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς πρῶτα μὲν ἄν-
 θρωπος ἐγένετο δι' ἡμᾶς, καὶ τὴν σωτηρίαν τὴν
 ἡμετέραν καὶ σταυρὸν ἐθελοούσιον καὶ θάνατον καὶ
 ταφὴν κατεδέξατο, πλὴν ἀλλ' ἀνέστη πάλιν εἰς τρί-
 τὴν ἡμέραν, τοῦ ἐχθροῦ τὸ κράτος καταλαθὼν, καὶ D
 εἰς οὐρανὸς ἀνῆλθεν, ὕβεν ἐλήλυθε, συναναστήσας
 ἡμᾶς τοῦ τῆς ἁμαρτίας πτώματος, καὶ εἰσαγαγὼν
 αἰθις εἰς τὸν παράδεισον, οὗ κακῶς ἐξεβλήθημεν,
 καὶ μείζονι τῶν προτέρων ἀγαθῶς δωρησάμενος.
 Ὅτι δὲ τοιοῦτόν τι τῶν παρ' ὑμῖν νομιζομένων Θεῶν
 τις ἐπεδείξοτο, οὐδεὶς τῶν πάντων ἂν ἰσχυρίσαστο.
 Ἀσθρῶποι γὰρ οὗτοι, κοκοῦργοι κομιδῆ καὶ φθορεῖς
 γενόμενοι, καὶ πολλὰ ἐπὶ βλάβῃ καὶ διαφθορᾷ τῆς
 ἡμετέρας ζωῆς τε καὶ τῆς καταστάσεως ἐργασάμε-
 νοι μικρὰν τέ τινα δόξαν Θεῶν καὶ φαντασίαν τοῖς

sunt omnino utrisque utiles et conducibiles : eas
 vero, quæ possunt lædere et maxime animam, et
 vehementiorem ignis gehennam ei ascendere, non
 is qui dat solum, sed etiam qui petit, et ipse
 miserimus. Admirabilis autem, o imperator, et
 munifica est tua promissio. Quid enim mea refert,
 a te maximi Jovis constitui pontificem ; et vocari
 patrem senatus, qui sum Christi sacerdos, et ei
 quotidie sacrificio sacrificium laudis, et jam totum
 me ipsum propero immolare, et efficere complan-
 tatum ejus mortis similitudini? Imperator vero :
 Cuinam, inquit, festinas teipsum immolare, eine,
 qui a Pontio Pilato in crucem fuit actus? Maxime,
 inquit magnus Ignatius, ei, qui peccatum cruci-
 fixit, et ejus inventorem destruxit diabolum, et om-
 nem ejus potentiam per crucem abolevit. Rursus
 autem imperator: Videris, inquit, mihi, o Ignati,
 omnino recto carere judicio et sana mente. Non
 enim tam aperte fuisses deceptus Scripturis Chri-
 stianorum, sed cognovisses omnino, quantum sit
 bonum edictis parere imperatoriis, et diis sacrificia
 offerre cum omnibus. Ad hæc sanctus, utens rur-
 sus majore dicendi libertate : Etiam si bestiis,
 inquit, consumpseris, etiam si me cruce condemna-
 veris, etiam si gladio et igni tradideris, quæ sunt
 in tua potestate, nunquam ego patiar dæmonibus
 offerre sacrificium, neque enim metuo mortem,
 neque desidero præsentia, quæ est in potestate
 vestra præbere fruenda, sed sola desidero futura,
 et ea me omne adhibere studium, ut transeam
 ad Christum, qui pro me est mortuus.

VI. Propter quæ volens senatus martyrem ar-
 guere ignorantie: Quid autem tu quoque, dixerunt,
 confiteris Deum esse mortuum? Quomodo vero
 qui subiit mortem, eamque exsecrandam, poterit
 prodesse aliis? Dii autem et sunt immortales, et
 dicuntur a nobis. Cum ex hoc occasionem divinus
 accepisset Ignatius, simul et irridendi illorum deos,
 et eis aperiendi januam mysterii susceptæ carnis
 dispensationis, et sic deducendi ad fidem Christi
 cognitionis, sic verba habuit: Meus Dominus et
 Deus Jesus Christus, primum quidem propter nos
 homo factus est, et propter nostram salutem cru-
 cemque et mortem et sepulturam sua sponte ac-
 cepit. Cæterum rursus tertio die resurrexit, inimici
 dejecta et prostrata potentia, et ascendit in cælos
 unde venerat, nos simul a lapsu peccati faciens
 resurgere, et rursus introducens in paradysum, ex
 quo male fueramus ejeti : et nos donavit bonis
 majoribus, quam erant ea quæ præcesserant. Quod
 autem ex iis qui a vobis censentur dii, ullus tale
 quid fecerit, nullus omnino assuerit. Nam cum isti
 fuissent homines malefici et exitiosi, et multa fe-
 cissent ad damnum et exitium nostræ vitæ et sta-
 tus, pravam autem deorum opinionem et speciem
 hominibus, qui sunt a ratione paulo alieniores,
 citra ullam rationem præbuisent, contractis po-

ea velis deceptionis et scena ablata, deprehensi sunt id quod erant, ut qui turpiter e vita excesserint, et morti immortalī traditi sint propter multorum interitum. Jupiter quidem certe, qui est vobis primus et maximus deorum, in Creta est sepultus: Æsculapius vero fulmine et persecusus. Sepulcrum Veneris ostenditur in Papho, et Hercules fuit ab igne consumptus. Nam cum tales sint, imo vero longe deteriores, ea eis obtigerunt, quæ mereatur.

VII. Cum hæc dicta fuissent ab Ignatio, imperator simul cum senatu, timens ne, si esset ejus sermo prolixior, res quidem gentilium labefactarentur, et vel non crederentur, vel haberentur ludibrio, et vera quidem floreret religio, et tolleretur nubes erroris, quæ ei offundit tenebras, eum quidem conjicit in vincula, et in tutissima collocat custodia ipse autem cum tota nocte apud se cogitasset, quonam modo eum ulcisceretur pro meritis, et quonam modo e præsentī eum vita subduceret, statuit eum feris tradere devorandum, ut dilaniatus ab eis sanctus, interiret. Visus est enim imperatori hic mortis modus longe gravissimus. Cum hanc rem ergo senatui mane communicasset, ipsi quoque ejus laudarunt sententiam: sed consuluerunt, ne hæc bestiis objectio fieret Antiochiæ, Ne, aiebant, sic magis desideratum et gloriosum apud suos cives reddamus Ignatum, martyrico fine e vita excedentem. Quamobrem dicebant oportere eum Romam abduci vincitum, et illic tradi bestiis. Sic enim et prolixitate itineris gravius subibit supplicium, et simul Romanis quīsnam sit ignorantibus, videbitur esse peremptus, tanquam unus ex maleficis, et nec minima quidem erit ejus apud illos memoria. Cum hoc ergo placuisset, et in ipsum lata fuisset protinus sententia, imperator cum rursus producit e custodia, hoc ejus postremum faciens periculum. Et primum quidem multis bonorum promissis crebro sanctum deliniebat ac demulcebat, deinde etiam rursus minis magis territans. Postquam autem cum vidit nec cedere promissis, neque minas formidare, desperans omnino fore ut mutaretur, ad effectum deduxit ea quæ decreta fuerant: et cum jussisset prioribus graviora ei imponi vincula, tradit eum cohorti militari, et mittit Romam jubens, cum advenisset civibus dies festus, quo totus congregaretur populus, eum tradi bestiis ad communem theatri delectationem, ut convenienter ei, quod dicit D. Paulus 4, ipse quoque fieret spectaculum mundo, angelis et hominibus.

VIII. Martyr ergo cum ultimam illam accepisset sententiam, et Deo magno clamore, ut consentaneum erat, egisset gratias, cum magna voluptate et lætitia sibi imponit vincula. Et imperator quidem

ἀλογωτέροις τῶν ἀνθρώπων ἀλογώτατα πρᾶσχομενοι, εἴτα τῶν παραπεισμάτων ὕστερον τῆς ἀπάτης συνελκουσθέντων, ἐξαιρεθείσης τε τῆς σκηνῆς, ὅπερ ἦσαν, ἠλέγχθησαν, αἰσχροῦς νὸν βίον ἀπολιπόντες οὐκ θανάτῳ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀπώλειαν ἀθανάτῳ παραδοθέντες. Ἀμέλει καὶ Ζεὺς μὲν ὁ πρῶτος ὁμῖν καὶ μέγιστος τῶν θεῶν ἐν Κρήτῃ τέθραπται, Ἀσκληπιὸς δὲ κεραυνῷ βέβληται, Ἀφροδίτης ὁ τάφος ἐν Πάφῳ δείκνυται, καὶ ὑπὸ πυρὸς Ἡρακλῆς ἀνάλωται. Τοιούτων γὰρ ἀληθῶς, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶ χειρόνων τὰ ἐκείνων ἀξία.

Ζ'. Τοῦτων οὕτω ῥηθέντων Ἰγνατίῳ τῶν λόγων, ὁ βασιλεὺς ἄμα τῇ συγκλήτῳ δέισας, μὴ τῆς διαλέξεως εἰς πλεόν ἐκτεινομένης, διασεισθεῖη μὲν τὰ Ἑλλήνων καὶ πρὸς ἀπιστίαν ἢ καὶ μυκτηρισμὸν ἀποβλέψειεν, ἀνθήσει δὲ τὰ τῆς εὐσεβείας καὶ τὸ ἐπισκοτοῦν αὐτῇ τῆς πλάνης νέφος ἐξαιρεθείη, τοῦτον μὲν ὑπὸ δεσμοῖς καὶ φρουρᾷ καθίστησι τῷ ἀσφαλεστάτῃ. Αὐτὸς δὲ παρ' ὅλην νύκτα διασκεψάμενος, πῶς ἂν αὐτὸν ἀξίως ἀμύναίτο καὶ τίνι τρόπῳ τῆς παρούσης ὑπεξαγάγοι ζωῆς, θηρίοις ἔγνω παραδοῦναι βορὰν καὶ ὑπ' ἐκείνων διασπαρᾶχθέντα τὸν ἅγιον ἀπολέσθαι. Οὗτος γὰρ βαρύτερος θανάτου τρόπος διεσκέφθη τῷ βασιλεῖ. Ἔωθεν οὖν περὶ τούτου καὶ τῇ συγκλήτῳ κοινωσαμένου τὴν μὲν γνώμην καὶ αὐτοὶ ἐπήρουν, πλὴν οὐκ ἐν Ἀντιοχείᾳ συνεβούλευον δεῖν γενέσθαι τὴν ἐκδοσιν, ἵνα μὴ ποθεινὸν, φησὶν, οὕτω καὶ μᾶλλον ἐπίδοξον παρὰ τοῖς οἰκείοις πολίταις τὸν Ἰγνατίον ἐργασώμεθα, μαρτυρικῶ δῆθεν τέλει τὴν ζωὴν καταλύοντα. Ὡστε προσήκειν, ἔφασκον, εἰς Σώμην αὐτὸν ἐπαχθέντα δεσμώτην ἐκεῖ τοῖς θηρσὶν ἐκδοθῆναι. Οὕτω γὰρ τῷ μήκει τε τῆς πορείας χαλεπωτέραν ὑφέξει τὴν κόλασιν καὶ ἄμα Ῥωμαίοις ἀγνοούμενος ὅστις εἶη, καθάπερ εἰς τῶν κακούργων, ἀνααιρεθῆναι δόξειε, καὶ οὐδὲ βραχείας τὸ μετὰ ταῦτα μνήμης παρ' ἐκείνοις ἀξιωθήσεται. Τοῦτου τοιγαροῦν ἀρέσαν καὶ τῆς κατ' αὐτοῦ ψήφου παπρωτικά ἐξενεχθείσης, παρίστησιν ἀπὸ τῆς φυλακῆς αὐτὸν καὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς, τελευταίαν αὐτῷ τάδην τὴν πείραν προσάγων. Καὶ πρῶτα μὲν πολὺς ἐν ταῖς τῶν ἀγίων ἐπαγγελίαις τὸν ἀθλητὴν ὑποταίνων καὶ καταψῶν ἔπειτα δὲ καὶ πλείων πάλιν ταῖς ἀπειλαῖς δεδιττόμενος. Ὡς δὲ μήτε πρὸς τὰς ὑποσχέσεις ἐνδιδόντα εἶδε, μήτε πρὸς τὰς ὑποπτήσσοντα, παντάπασιν τὴν μεταβολὴν ἀπογνοὺς, εἰς ἔργον τὰ ἐψηφισμένα ἐξῆγε καὶ βαρύτερα τῶν προτέρων αὐτῷ δεσμὰ περιθεῖναι κελεύετος, τάγματι στρατιωτικῶ παραδίδωσι, καὶ εἰς Ῥώμην ἐκπέμπει ἐντειλάμενος, ἠνίκο τοῖς πολίταις ἡμέρα πανηγύρεως ἐπιστῆ, θηρίοις αὐτὸν εἰς τέρψιν τοῦ θεάτρου κοινὴν ἐκδοθῆναι, ὥστε κατὰ τὸν θεῖον Παῦλον καὶ αὐτὸν θέατρον γενέσθαι τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις.

Η'. Ὁ μάρτυς τῶν τῆν τελευταίαν ἀπόφασιν ἐκείνην λαθῶν, καὶ τῷ θεῷ μεγάλη βοῆ τὰ εἰκότα εὐχαριστήσας μεθ' ἡδονῆς ὄσης καὶ φαιδρότητος τὰ δεσμὰ περιτίθεται. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐξῆει κατὰ

Περσῶν μετὰ τῆς ὑπ' αὐτοῦ στρατιᾶς. Ὁ Θεοφόρος δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ πρότερον ἐπευξάμενος καὶ τὴν ποιμνὴν σὺν δόκρυσι παραθέμενος τῷ Θεῷ, δέσμιος ἠκολούθει τοῖς στρατιώταις. Εἶτ' οὕτως τὴν Σελεύκειαν οὐ διαμέλλων, οὐκ ἀθυμῶν, οὐ πάσχειν τι σκυθρωπὸν ὄλως ὑποφαινόμενος, ἀλλὰ ποσὶν εὐπροθύμοις καταλαβὼν, εἰς πλατὸν τε ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἐμβάλλεται, καὶ σὺν αὐτοῖς εἰς Σμύρναν καταίρει. Ἐνταῦθα Πολύκαρπον ἀσπάζεται, τὸν θεῖον ἀποστόλον, ὃν προεστάναι τῆς κατὰ Σμύρναν Ἐκκλησίας συμφοιτητὴν Ἰγνατίῳ γενόμενον ἀνωτέρω φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσε. Τοῦτον οὖν ἀσπάζεται, σεμνονόμενος ἐπὶ τοῖς δεσμοῖς καὶ χαίρων. Τί γὰρ εἶχεν αὐτὸν πλεον σεμνῶναι ἢ τὸ ὑπὲρ οὕτως ἀγαπήσαντος Δεσπότου πάσχοντα καθορᾶσθαι; Εἶτα καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις τε καὶ διακό- B ροῖς, τοὺς πρόσθηκοντας ἀσπασμοὺς ἀποδοῦς, ἐπεὶ πολλοὶ συνέθεον ἀπὸ τῶν τῆς Ἀσίας Ἐκκλησιῶν καὶ τῶν πόλεων, καὶ ὄψιν ἐκείνην ἰδεῖν καὶ καλοῦ νόματος ἀπολαῦσαι βέροντος τῆς ἐκείνου γλώττης, αὐτὸς τὰ προσθηκόντα παραινῶν εὐχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ πάντας ἡξίου, ὥστε διὰ τῶν θηρίων θάττον ἀναλῦσαι πρὸς τὸν ποθοῦμενον, καὶ τῷ ἐκείνου θεοῦ προσώπῳ ἐμφανισθῆναι. Ὅρων δὲ καὶ λίαν αὐτοὺς περιποθῶς ἔχοντας καὶ οἶονετ τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἐκαρμαμένους, καὶ ζημίαν οὐ φορητὴν ἡγουμένους τὸν χωρισμὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν θάνατον, δείσας τε καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ πιστῶν, μὴ καὶ αὐτοὶ παραπλησίως διατεθέντες οὐκ ἀνέξονται ἰδεῖν αὐτὸν ἐκδι- C δόμενον τοῖς θηρίοις, ἀλλὰ χεῖρας ἀντιπάλους τοῖς ἐπιτετραμμένοις τὴν ἐκδοσὶν ἐμβάλωσιν καὶ τὴν δι- ανοιγεῖσάν αὐτῷ τοῦ μαρτυρίου κλείωσι θύραν, ἔγνω πρὸς αὐτοὺς ἐπιστεῖλαι, ὥστε καὶ τούτους περὶ αὐτοῦ εὐχεσθαι, μὴ ἐμποκισθῆναι τὸν δρόμον αὐτῷ τῆς ἀθλήσεως, ἀλλὰ διὰ τῶν θηρίων, ὥσπερ εἴρηται, θάττον πρὸς τὸν ἐρώμενον ἀναλῦται Δεσπότην. Ἄξιοι δὲ καὶ αὐτῆς ἐκείνης ἐπιμνησθῆναι ἐπιστο- λῆς.

Θ'. « Ἰγνατίος ὁ καὶ Θεοφόρος, ἐπίσκοπος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, τῇ ἡλεημένῃ ἐν μεγαλειότητι Πατρὸς ὑψίστου καὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μόνου Υἱοῦ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ ἠγαπημένη καὶ πεφωτισμένη ἐν θελήματι τοῦ θελήσαντος τὰ πάντα, ἃ ἔστι κατὰ ἀγάπην Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἣ καὶ προκάθηται ἐντόπου χωρίου Ῥωμαίων, ἣν καὶ ἀσπάζομαι ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ σάρκα D καὶ πνεῦμα ἠνωμένον πάσῃ ἐντολῇ αὐτοῦ πεπληρωμένην χάριτος Θεοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Θεῷ χαίρειν. Ἐπεὶ εὐξάμενος Θεῷ ἐπέτυχον ἰδεῖν ὑμῶν τὰ ἀξιοθέατα πρόσωπα, δεδεμένος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐλπίζω ὑμᾶς ἀσπάζεσθαι, ἐάνπερ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἦ τοῦ ἀξιοθῆναί με, καὶ εἰς τέλος οὕτως εἶναι. Ἡ μὲν γὰρ εὐχὴ εὐοικονόμητός ἐστι, ἐάνπερ τῆς χάριτος ἐπιτύχω τὸν κλῆρον μου ἀνεμποδίστως ἀπολαβεῖν. Φοβοῦμαι γὰρ τὴν ὑμῶν ἀγάπην, μὴ αὐτὴ με ἀδικήσῃ. Ἵμῖν γὰρ εὐχερὲς ἐστὶ ποιῆσαι ὃ θέλετε,

(4) Anno 109 Romam captivus mittitur. Vide Baronium tom. II.

egreditur contra Persas cum suo exercitu : divinus autem Ignatius, cum Ecclesiae prius bene esset precatus, et gregem suum Deo commendasset cum lacrymis, vinctus sequebatur milites (4). Deinde cum Seleuciam non cunctans, non flens, non se aliquid grave omnino pati prae se ferens, sed alacribus venisset pedibus, a militibus in navem immittitur, et cum eis appellit Smyrnam. Hic salutat Polycarpum divinum apostolum, quem Smyrnensi (5) praefuisse Ecclesiae, cum Ignatii fuisset condiscipulus, superius diximus. Eum ergo salutat, glorians et magnifice sibi placens laetusque de vinculis. Quid enim ei poterat esse majori ornamento, quam aspici pati pro Domino, qui eum sic dilexerat? Deinde cum etiam reliquis episcopis et presbyteris et diaconis redidisset eas, quas par erat, salutationes, quoniam multi concurrebant ex Ecclesiis Asiae et civitatibus ad videndum illud spectaculum, et ut pulchro fruerentur fluente quod fluebat ex illius lingua, ipse ea, quae par erat, suadens, rogabat omnes, ut pro ipso orarent, ut per feras cito resolveretur ad eum, quem desiderabat, et appareret ante illius faciem. Cum videret autem eos valde perturbatos, et quodammodo pendentes ab illius anima, et non ferendum damnum existimantes separationem ejus et mortem, de iis, qui sunt Romae, timens, ne ipsi quoque similiter affecti, non sustinerent eum videre tradi bestiis, sed manus eis afferrent, quibus mandatum erat ut eum traderent, et ei clauderent apertam januam martyrii, statuit ad eos mittere, ut ii quoque pro eo orarent, ne cursus suae exercitationis ei impediretur, sed per feras, sicut dictum est, cito resolveretur ad dilectum Dominum. Operae pretium est autem illius quoque meminisse epistolae, quae sic habet ad verbum :

IX. « Ignatius, qui et Deifer, episcopus sanctae Dei, quae est Antiochiae, Ecclesiae, quae misericordiam est consecuta in majestate Patris altissimi et Jesu Christi solius ejus Filii, dilectae et illuminatae in voluntate ejus, qui voluit omnia, quae sunt secundum charitatem Jesu Christi Dei nostri, qui etiam praesidet in loco regionis Romanorum: quam saluto in nomine Jesu Christi, secundum carnem et spiritum unitam omni ejus mandato, impletam gratia Dei ad laetandum in Christo Jesu Deo. Cum Deum precatus, obtinuerim ut viderem spectabiles vestros vultus, vinctus in Christo Jesu spero me vos salutaturum, si Dei fuerit voluntas, ut dignus habear, qui sic sim usque ad finem. Meum enim rite succedit votum, si gratiam fuero consecutus, ut sortem meam accipiam sine impedimento. Timeo enim vestram charitatem, ne ea me afficiat injuria. Vobis enim facile est facere,

(5) Smyrnam mense Augusto venit, ut notat Baronius.

quod vultis: mihi autem difficile est Deum assequi, si vos mihi peperceritis. Non enim volo vos hominibus placere, sed Deo, sicut etiam placetis. Non enim ego unquam habebō aliud tempus Deum assequendi, neque vos. Si silueritis a me, ego Dei efficiar; sin vero carnem meam amaveritis, rursus ero currens. Potius autem mihi præbete, ut Deo immoler: est enim ara parata, ut effecti chorus in charitate, canatis Patri in Christo Jesu, quod episcopum Syriæ dignatus sit Dominus, ut inveniatur in Occidente, eum accersens ab Oriente. Pulchrum est a mundo occidere ad Deum, ut ad ipsum exoriamur. Nulli unquam invidistis; alios docuistis.

X. Ego autem volo illa quoque esse firma ac stabilia, quæ docentes præcipitis. Solum rogate, ut dentur mihi vires a Domino, ut non solum dicar Christianus, sed etiam inveniar et dici possim, et tunc videbor esse fidelis, quando mundo non apparebo. Nihil enim quod apparet est æternum. Quæ enim cernuntur, sunt ad tempus: quæ autem non videntur, æterna. Ego scribo Ecclesiis, et mando omnibus, quod ego lubens pro Christo morior, si vos non prohibueritis. Rogo vos, ne sit intempestiva vestra in me benevolentia: sinite me devorari a feris, per quas licet Deum consequi. Sum Dei frumentum, et molor per dentes ferarum, ut Christi inveniar mundus panis. Feris potius blandimini, ut fiant mihi sepulcrum, et nihil relinquant mei corporis, ne sopitus fiam gravis. Tunc ero verus Christi discipulus, quando nec corpus quidem meum adhuc videbit mundus. Pro me Christo supplicate, ut per hæc instrumenta munda inveniar hostia. Non sicut Petrus et Paulus vobis præcipio. Illi Apostoli, ego condemnatus: illi liberi, ego autem servus usque in hodiernum diem: sed si volueritis, ego liberatus Jesu Christi, et exurgam in ipso liber.

XI. Nunc disco vinctus nihil mundanum cupere aut inane, a Syria usque ad Romam ipsam pugnans cum bestiis, terra et mari, noctu et diu vinctus decem leopardis, qui sunt cohors militaris: qui etiam si beneficio afficiantur, fiunt deteriores. In eorum vero injuriis magis disco. Utinam fruar bestiis mihi paratis, et opto, ut eæ mihi paratæ inveniantur: quibus etiam blandiar, ut me protinus devorent, non sicut quosdam timore affectæ non tetigerunt. Quod si eæ etiam invitæ noluerint, at ego vi adigam. Ignoscite mihi, scio quid mea intersit. Nunc incipio esse discipulus, ut Jesum Christum assequar. Ignis et crux, bestiarum irruptiones, dissectiones, divisiones, amputatio membrorum, trituræ totius corporis, et diaboli tormenta super me veniant, dummodo Jesum Christum assequar. Nihil mihi proderunt mundi jucunditates, neque regna hujus sæculi. Melius est mihi mori in Christo Jesu, quam regnum obtinere usque ad fines terræ. Quid enim prodest homini, si totum

ἔμοι δὲ δύσκολόν ἐστι τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, εἴνπερ ὑμεῖς φείσησθέ μου. Οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀνθρωπαρασκῆσαι, ἀλλὰ Θεῷ ἀρέσκει, ὡσπερ δὴ καὶ ἀρέσκετε· οὐ γὰρ ἐγὼ ἄλλον ἔξω καιρὸν ποτε Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, οὔτε ὑμεῖς. Ἐὰν σιωπήσητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐγὼ γενήσομαι Θεοῦ, εἴν δὲ ἐρασθῆτε τῆς σαρκὸς μου, πάλιν ἔσομαι τρέχων. Πλέον δέ μοι πράττεσθε σπονδισθῆναι Θεῷ, ὡς ἔτι θυσιαστήριον ἑτοιμὸν ἐστίν, ἵνα ἐν ἀγάπῃ χορὸς γενόμενοι ἄσητε τῷ Πατρὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὅτι τὸν ἐπίσκοπον Συρίας ὁ Θεὸς κατηξίωσεν εὑρεθῆναι εἰς δύοσιν ἀπὸ ἀνατολῆς τοῦτον μεταπεμφάμενος. Καλὸν τὸ δύναι ἀπὸ κόσμου πρὸς Θεὸν, ἵνα εἰς αὐτὸν ἀνατελώμεν. Οὐδέποτε ἐβασκῆνατε οὐδενὶ, ἄλλους ἐδιδάξατε.

I'. Ἐγὼ δὲ θέλω, ἵνα κάκεινα βέβαια ᾖ, ἃ μαθητεύοντες τέλλεσθε. Μόνοι μοι δύναμιν αἰτήσασθε δοθῆναι παρὰ Θεοῦ, ἵνα μὴ μόνον λέγωμαι Χριστιανός, ἀλλὰ καὶ εὑρεθῶ καὶ λέγεσθαι δύνωμαι. Καὶ τότε πιστός εἶναι ὀφθήσομαι, ὅτε κόσμῳ μὴ φαίνομαι· οὐδὲν γὰρ φαινόμενον αἰώνιον, ἐπεὶ καὶ τὰ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια. Ἐγὼ γράφω ταῖς Ἐκκλησίαις καὶ ἐντέλλομαι πάνσιν, ὅτι ἐγὼ ἐκὼν ὑπὲρ Θεοῦ ἀποθνήσκω, εἴνπερ ὑμεῖς μὴ κωλύσητε· παρακαλῶ ὑμᾶς, μὴ εὐνοια ἄκαιρος γένοισθέ μου· ἄφετέ με θηρίων εἶναι βορᾶν, δι' ὧν ἔνεστι Θεοῦ ἐπιτυχεῖν. Σίτος εἰμὶ Θεοῦ, καὶ δι' οὐδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς ἄρτος εὑρεθῶ τοῦ Χριστοῦ· μᾶλλον δὲ κολακεύσατε τὰ θηρία, ἵνα μοι τάφος γένωνται καὶ μηδὲν καταλίπωσι τοῦ σώματός μου, ἵνα μὴ κοιμηθεῖς βαρὺς γένωμαι. Τότε ἔσομαι μαθητῆς ἀληθῆς τοῦ Χριστοῦ, ὅτε οὐδὲ τὸ σῶμά μου ἔτι ὁ κόσμος ὄψεται. Λιτανεύσατε τῷ Χριστῷ ὑπὲρ ἐμοῦ, ἵνα διὰ τῶν ὀργάνων τούτων θυσία καθαρὰ εὑρεθῶ. Οὐχ ὡς Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι· ἐκεῖνοι ἀπόστολοι, ἐγὼ κατάκριτος· ἐκεῖνοι ἐλεύθεροι, ἐγὼ δὲ μέχρι νῦν δοῦλος. Ἀλλ' εἴν θελήσητε, ἀπελεύθερος Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἀναστήσομαι ἐν αὐτῷ ἐλεύθερος.

IA'. Νῦν μανθάνω δεδεμένος, μηδὲν ἐπιθυμεῖν κοσμικὸν ἢ μάταιον, ἀπὸ Συρίας μέχρι τῆς Ῥώμης αὐτῆς θηριομαχῶν, ἀπὸ γῆς καὶ θαλάσσης, νυκτὸς καὶ ἡμέρας δεδεσμένος δέκα λεοπάρδοις, ὃ ἔστι στρατιωτικὸν τάγμα, οἱ καὶ εὐεργετούμενοι χεῖρους γίνονται. Ἐν δὲ τοῖς ἀδικήμασιν αὐτῶν μᾶλλον μαθητεύομαι· ὀναίμην τῶν θηρίων τῶν ἐμοὶ ἐτοιμασμένων καὶ εὐχομαι ἑτοιμα μοι εὑρεθῆναι· ἃ καὶ κολακεύσω, συντάμῳς με καταφαγεῖν, οὐχ ὡσπερ τινῶν δειλαινόμενα οὐχ ἤψαντο· κἄν αὐτὰ δὲ ἄκοντα μὴ θελήσειεν, ἐγὼ δὲ παραδίδομαι. Συγγνώμην ἔχετε μοι· τί μοι συμφέρει, ἐγὼ γινώσκω. Νῦν ἀρχομαι μαθητῆς εἶναι, ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Πῶρ καὶ σταυρὸς, θηρίων τε συστάσεις, ἀνατομαί, διαίρέσεις, σκορπισμοὶ ὀστέων, συγκοπὴ μελῶν, ἀλησμοὶ ὅλον τοῦ σώματος, ἢ κολάσεις τοῦ διαβόλου ἐπ' ἐμὲ ἐρχέσθωσαν, μόνον ἵνα Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπιτύχω. Οὐδὲν με ὠφελήσει τὰ τοῦ κόσμου τερπνὰ οὐδὲ αἰ βασιλεῖται τοῦ αἰῶνος τούτου. Καλὸν μοι ἀποθνεῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἢ βασιλεύειν τῶν περάτων·

τῆς γῆς. Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν κερδίσῃ τὸν κόσμον ἕλκον, καὶ ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, Ἐκεῖνον ζητῶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα.

IB'. Σύγγνωτέ μοι, ἀδελφοί, μὴ ἐμποδίστέ μοι ζῆσαι, μηδὲ θελίσητέ με ἀποθνεῖν· ἄφετέ με καθαρὸν φῶς λαβεῖν· ἐκεῖ γὰρ παραγενόμενος ἄνθρωπος Θεοῦ ἔσομαι. Ἐπιτρέφατέ μοι μιμητὴν εἶναι τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ· εἴ τις αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ ἔχει, νοησάτω ἢ θέλω καὶ συμπαθησάτω μοι, εἰδὼς τὰ συνέχοντά με. Ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου διαρπάσαι με βούλειαι, καὶ τὴν εἰς Θεὸν μου γνώμην διαφθαρῆναι. Μηδεὶς οὖν τῶν παράπτων βοηθείτω αὐτῷ· μᾶλλον ἐμοὶ γένησθε, τοῦτ' ἔστι τοῦ Θεοῦ. Μὴ λαλεῖτε Ἰησοῦν Χριστὸν, κόσμου δὲ ἐπιθυμεῖτε· βασκανία ἐν ὑμῖν μὴ κατοικεῖτω· μηδ' ἂν ἐγὼ πρὸν παρακαλῶ ὑμᾶς, πείσθητέ μοι· τούτοις δὲ μᾶλλον πείσθητε, οἷς ἐπὶ γράφω ὑμῖν· ἐξ ὧν γὰρ γράφω ὑμῖν, ἐρῶ νοῦ ἀποθνεῖν. Ὁ ἐμὸς ἔρωσ ἐσταύρωται καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοὶ πῦρ φιλοῦλον, ὕδωρ δὲ μᾶλλον ζῶν καὶ λαλοῦν ἐν ἐμοί, ἔσωθέν μοι λέγων· Δεῦρο πρὸς τὸν Πατέρα. Οὐχ ἤδομαι τροφῇ φθορᾶς οὐδὲ ἡδονατικῆς τοῦ βίου τούτου, ἄρτον Θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὃ ἔστι σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ γενομένου ἐν ὑτέρῳ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ καὶ Ἀβραάμ, καὶ πόμα Θεοῦ θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ, ὃ ἔστιν ἀγάπη ἀφθορτος καὶ ἀέαντος ζωῆς. Οὐκ ἔτι θέλω κατὰ ἀνθρώπους ζῆν· τούτο δὲ ἔσται, ἐὰν ὑμεῖς θελήσητε. Θελήσατε σὺν, ἵνα καὶ ὑμεῖς θεληθῆτε· δι' ὀλίγων γραμμάτων αἰτουῦμαι ὑμᾶς, πιστεύσατέ μοι. Ἰησοῦς δὲ Χριστὸς ὑμῖν ταῦτα φανερώσει τὸ ἀψεοδὲς στόμα, ὅτι ἀληθῆ λέγω. Αἰτήσαθε περὶ ἐμοῦ, ἵνα ἐπιτυχῶ. Οὐ κατὰ σάρκα ὑμῖν ἔγραψα, ἀλλὰ κατὰ γνώμην Θεοῦ.

IG'. Ἐάν πάθω, μνημονεύετε ἐν τῇ προσευχῇ ὑμῶν τῆς ἐν Συρίᾳ Ἐκκλησίας, ἣτις ἀντὶ ἐμοῦ ποιμένη τῷ Θεῷ κέχρηται· μόνος αὐτῆν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπισκοπήσει καὶ ἡ ὑμῶν ἀγάπη. Ἀσπάζεται ὑμᾶς τὸ ἐμὸν πνεῦμα καὶ ἡ ἀγάπη τῶν Ἐκκλησιῶν τῶν δεξιμένων με εἰς ὄνομα Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐχ ὡς παροδεύοντα· καὶ γὰρ μὴ προσήκουσαί μοι τῇ ὁδῷ τῇ κατὰ σάρκα κατὰ πόλιν με προσῆγον· γράφω δὲ ὑμῖν ταῦτα ἀπὸ Σμύρνης δι' Ἐφεσίων νῶν ἀξιωμακαριστων. Ἔστι δὲ σὺν ἄλλοις πολλοῖς ἅμα ἐμοὶ καὶ Κρόκος, τὸ ποθητὸν ὄνομα τῶν συνελθόντων μοι ἀπὸ Συρίας εἰς δόξαν Θεοῦ. Ἐγραψα ὑμῖν ταῦτα τῇ πρὸ ἐννεα Καλανδῶν Σεπτεμβρίου. Ἐρῶσθε εἰς τέλος, ἀγαπητοί ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν

ID'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῆς ἐπιστολῆς. Αὐτὸς μετὰ βραχὺ ἀπὸ Σμύρνης, ἀπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀναχθεὶς καὶ προσσχὼν τῇ Τρωάδι καὶ Νεαπόλει παρῆει διὰ Φιλίππων καὶ Μακεδονίας περὶ τὰς παρὰ τὴν ὁδὸν Ἐκκλησιᾶς ἐπισκοπῶν καὶ διδασκῶν ἐν αὐταῖς, παρακαλῶν, διαλεγόμενος τοὺς ἀλεραιοτέρους τῶν ἀδελφῶν ἀσφαλιζόμενος καὶ πάντας ἐγρηγορέναι καὶ νήφειν παρασκευάζων, φθάσας δὲ τὴν ἐν Ἐπιδαμνῷ Ἡπειρον καὶ τὸ Ἀδριατικὸν τε καὶ Τυρρηνικὸν πέλαγος διαπλεύσας, εἰς τὰς, ἐν τῇ Ρώμῃ Ποτιόλους

mundum lucretur, et suæ animæ patiatur detrimentum? Illum quæro, qui pro nobis est mortuus.

XII. Ignoscite mihi, fratres: ne sitis mihi impedimento, quominus vivam, neque me velitis mori. Sinite me puram lucem accipere. Cum illuc enim venero, ero homo Dei. Permittite mihi, ut sim imitator passionis Christi. Si quis ipsum in seipso habet, intelligat quod volo: et mihi moveatur commiseratione, cum sciat quæ me constringant. Princeps hujus sæculi me vult diripere, et corrumpere meam in Deum sententiam. Nemo ergo ex iis qui adsunt, ei opem ferat. Estote mei potius, hoc est, Dei. Ne loquamini Christum Jesum, mundum vero desideretis. Ne habitet inter vos invidia. Nec si ego quidem præsens vos rogem, parete mihi: iis autem parete potius, quæ ego ad vos scribo. Ex iis enim quæ scribo ad vos, mori cupio. Meus amor est cruci affixus, et non est in me ignis amans mundanæ materiæ: aqua autem potius viva et in me loquens, quæ intus mihi dicit: Veni ad Patrem. Non delector nutrimento, corruptionis, neque voluptatibus hujus vitæ. Panem Dei volo, panem cœlestem, panem vitæ, qui est caro Jesu Christi filii Dei, qui postea natus est ex semine David et Abraham: et potum Dei volo ejus sanguinem, qui est charitas incorrupta, et vita perennis. Non amplius volo vivere sicut homines, hoc autem erit, si vos volueritis. Velitis ergo, ut vos quoque Deus velit. Brevibus litteris peto a vobis: mihi credite. Jesus vero Christus vobis aperiet, qui est os non mendax, quod vera dico petendo ut consequar. Non secundum carnem ad vos scribo, sed secundum Dei sententiam.

XIII. Si passus fuero, mementote in oratione vestra Ecclesiæ Syriæ, quæ pro me pastore Deo vivitur. Solus ipsam Jesus Christus visitabit, ejusque curam geret et vestra charitas. Salutatur vos meus spiritus, et charitas Ecclesiarum, quæ me susceperunt in nomine Jesu Christi, non tanquam transeuntem. Etenim quæ ad me non atlinebant in via, quæ est secundum carnem, me deduxerunt in civitatem. Scribo autem hæc ad vos e Smyrna per Ephesios, qui digni sunt qui beati judicentur. Est vero mecum cum multis aliis Crocus quoque, nomen desiderabile eorum qui mecum convenerunt e Syria ad gloriam Dei. Hæc ad vos scripsi nono Kal. Septemb. Valete perpetuo, fratres, in tolerantia Jesu Christi. Amen.

XIV. Sed est hæc quidem epistola. Ipse autem paulo post e Smyrna deductus a militibus: et cum appulisset Troadam et Neapolim, transiit pede per Philippos et Macedoniam, eas quæ sunt in via invisens Ecclesias, et in eis docens; exhortans, disserens, fratres qui erant paulo simpliciores et imbecilliores, confirmans, et efficiens ut omnes vigilarent et essent sobrii. Cum vero transisset Epirum, et in mare transisset Adriaticum et Tyrhenum, appellit Puteolos. Hospitio autem exceptus simul

cum militibus ab iis, qui illic erant, fidelibus, cum eos quoque valere jussisset in Domino, venit Romam, et sistitur ante præfectum Urbis. Cum is ergo Theophorum vidisset, et litteras accepisset imperatorias, dies autem advenisset opportunus, quando erat dies festus et celebris Romanorum, ducit eum in medium theatrum, sicut jubebat improbum edictum imperatoris.

XV. Cum ergo universa civitas sederet in theatro, cum ardenti spiritu et oculis jam spectaculum amantibus, utpote quod jam fama ubique annuntiasset, Syriæ episcopum cum feris esse pugnaturum; conversus ille ad populum, cum quodam generoso et inflexibili animo, ut qui gloriaretur et sibi placeret propter eam, quæ pro Christo suscipi cernebatur, ignominiam: Viri, inquit, Romani, et præsentis hujus certaminis spectatores: non hæc mihi sunt, ut luam pœnas alicujus maleficii, aut sceleratæ alicujus actionis, sed ut Deum assequar: cujus quidem teneor desiderio et quem cupio insatiabiliter. Sum enim ejus frumentum et molor per dentes bestiarum, ut fiam ei purus panis. Hæc dixit, et dimissi leones eum statim dilacerarunt et devorarunt, a solis asperioribus illius ossibus abstinentes, ejus revera impletis votis, ut bestię essent ejus sepulcrum et nihil reliquum esset ejus corporis: utpote quod Deus pluris faceret famuli preces et amorem ferre usque ad finem, quam efficere, ut non tangeretur a leonibus, ut suo nomiui tribueret gloriam.

XVI. Postquam autem hæc evenerunt et finem acceperunt, qui Romæ erant fideles, ad quos adhuc vivens, divinus scripserat Ignatius, postquam dimissum fuerat theatrum, convenientes, cum ossa, id cupientibus manibus, sustulissent, et honorifice ac reverenter composuissent, ea deposuerunt in loco insigni extra Urbem, vicesimo mensis Decembris. Hæc postea deportata sunt in patriam martyris Antiochiam: et quæ intercedunt civitates, duplicem accepere benedictionem, et prius, quando Martyr vincitur ducebatur Romam ex Antiochia, et nunc, quando cum præclaris tropæis illinc referebatur, tanquam apes favum, illum circumvolantes.

XVII. Atque dicitur quidem, quod post martyricam ejus consummationem, lugentibus illius privationem iis, qui Romæ erant fideles, et nullam accipientibus doloris consolationem, et vacantibus sepulcralibus hymnis et vigiliis, ipse in somnis apparens, et eos quasi amplectens, qui scilicet se ipsos præbuerunt dignos illius consuetudine, luctum eis effecit facilem et leniorem, et doloris sedavit vehementiam. Alii rursus dixerunt, se vidisse eum sudore diffluentem, tanquam qui nuper respirasset a laboribus decertationis, et precantem salutem civitati et omnibus fidelibus.

καταίρει. Ἐπιξενωθείς δὲ μετὰ τῶν στρατιωτῶν τοῖς ἐκεῖσε πιστοῖς καὶ τὸν ἐν Κυρίῳ καὶ αὐτοῖς μεταδούς ἀσπασμόν, τὴν Ῥώμην καταλαμβάνει, καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως ἐμφανίζεται. Οὗτος τοῖνυν τὸν Θεοφόρον ἰδὼν καὶ τὰ βασιλιῶν δεζόμενος γράμματα, ἡμέρας ἐπιστάσης εὐκαιροῦ, ἠνίκα δημοτελῆς ὑπῆρχε τοῖς Ῥωμαίοις πανήγυρις, κατὰ μέσον αὐτὸν εἰσάγει τὸ θέατρον, ὡσπερ οὖν εἶχε τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο τοῦ βασιλέως ἐπίταγμα.

ΙΕ'. Τῆς πόλεως οὖν πάσις τοῦ θεάτρου προκαθημένης κατὰ θερμοῦ πνεύματος καὶ ὀφθαλμῶν ἤδη θέας ἐρώντων, ἅτε πανταχοῦ τῆς φήμης διαγγειλάσης τὸν τῆς Συρίας ἐπίσκοπον μέλλειν σήμερον θηριομαχεῖν, ἐπιστραφεῖς πρὸς τὸ πλῆθος ἐκεῖνος μετὰ γενναίου λῆαν καὶ ἀτρέπτου φρονήματος, οἷα δὴ καὶ καυχώμενος ἐπὶ τῇ δοκούσῃ ταύτῃ διὰ Χριστὸν ἀίσχύνῃ καὶ μεγαφρονῶν. Ἄνδρες, ἔφη, Ῥωμαῖοι, καὶ τοῦ παρόντος ἀγῶνός μοι θέεται, οὐ φαύλου τινὸς ἕνεκα ἐμοὶ ταῦτα, οὐδὲ μονηρῶν πράξεων ὑπέχοντι δίκην, ἀλλ' ὥστε τοῦ Θεοῦ ἐπιτυχεῖν, οὐπερ ἐρῶ καὶ ἀπλήστως ἐφίεμαι. Σίτον γὰρ εἶμι αὐτοῦ καὶ δι' ὀδόντων θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς αὐτῷ ἄρτος γένωμαι. Ταῦτα εἶπε καὶ ἀφαθέντες οἱ λέοντες διεσπάσαντό τε αὐτὸν εὐθὺς καὶ κατέφαγον· μόνων ἐκεῖνου τῶν τραχυτέρων ὑστῶν ἀποσχομένοι, ἔργῳ τῆς εὐχῆς τῷ ἀνδρὶ πλήρωθείσης, ὥστε τάφρον αὐτῷ τὰ θηρία γενέσθαι καὶ μηδὲν ὑπολείφθῃναι τοῦ σώματος, οἶονεὶ περὶ πλείονος τοῦ Θεοῦ θεμένου τὴν εὐχὴν καὶ τὸν ἔρωτα τοῦ θεράποντος ὀνεγκεῖν εἰς πέρας ἢ τῷ ἄψαυστον αὐτὸν τοῖς λέουσιν ἀποδεῖξαι, τῷ οἰκείῳ ὀνόματι περιθεῖναι δόξαν.

ΙΣ'. Ἐπεὶ καὶ ταῦτα ἐξέβη καὶ τέλος ἔλαβεν, οἱ κατὰ τὴν Ῥώμην πιστοί, οἷς καὶ ζῶν ἔτι ὁ Θεοφόρος ἐπέμτειλε, μετὰ τὸ διαλυθῆναι τὸ θέατρον συνελθόντες καὶ τὰ ὀστῆ παθούσαις χερσὶν ἀνελόμενοι καὶ σεβαστικῶς αὐτὰ περιστεύσαντες, ἔξω τῆς πόλεως ἐν ἐπιστήμῳ κατέθεντο τόπῳ, εἰκάδα τότε τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς ἄγοντος. Ταῦτα δὲ καὶ εἰς Ἀντιόχειαν ὕστερον, τὴν τοῦ μάρτυρος ἀνεκομίσθη πατρίδα, καὶ διπλὴν αἱ μεταξὺ πόλεις τὴν εὐλογίαν ἐτύγησαν, πρότερόν τε ἠνίκα δέσμιος ἐξ Ἀντιόχειας ὁ μάρτυς εἰς Ῥώμην κατήγετο. καὶ νῦν ὅτε μετὰ λαμπρῶν τῶν τροπαίων ἐκεῖθεν ἀνεκομίζετο, καθάπερ μέλισσαι κηρίον, τοῦτο περιιπτάμενοι.

ΙΖ'. Λέγεται γοῦν, ὅτι μετὰ τὴν μαρτυρικὴν τοῦ ἀνδρός τελείωσιν, πενθούντων τὴν ἐκεῖνου στέρησιν τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ πιστῶν καὶ οὐδὲν ὄλως τῆς ὀδύνης παραμύθιον δεχομένων, ὕμνοις τε σχολαζόντων ἐπιταφίοις καὶ παννυχίσαι, αὐτὸς ὄναρ ἐπιφαίνόμενος καὶ οἶονεὶ περιβάλλων αὐτοὺς καὶ περιπτυσσόμενος, ὅσοι δηλαδὴ καὶ ἀξιόους ἑαυτοὺς πρότερον τῆς ἐκεῖνου κατέστησαν συνουσίας, ὀμαλῆς αὐτοῖς καὶ μυχρότερον ἐποίησε τὸ πένθος, καὶ τῆς ὀδύνης τὸ ἄγριον ἀπεσθένου. Ἄλλοι δὲ πάλιν ἰδεῖν αὐτὸν ἔφησαν ἰδρῶτι καταρρέομενον καθάπερ ἄρτι τῶν τῆς ἀθλήσεως ἀναπεπνευκότα πόνων καὶ σωτηρίαν τῇ τε πόλει καὶ πῆσι πιστοῖς ἐπευχόμενον.

ΙΗ'. Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τοῦ Θεοφόρου τέλος, οὗτοι A
οἱ ἀγῶνες, τοιοῦτοι οἱ πρὸς Χριστὸν αὐτοῦ περιμα-
νεῖς ἔρωτες. Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ Εἰρηναῖος, ὁ Λου-
γδούνων ἐπίσκοπος, ἀνὴρ λόγου ἄξιος, διὰ πολλῆς
μνήμης τὰ τοῦ Θεοφόρου ποιούμενος [add. : Καὶ γὰρ
ὁ Πολύκαρπος] ὁ τῆς κατὰ Σμύρναν Ἐκκλησίας
προστάς, ὅς τε αὐτῷ καὶ εἰς Ἰωάννου συναφοῖτα
τοῦ εὐαγγελιστοῦ καὶ θεολόγου, καὶ δεσμώτην ἐξ
Ἀντιοχείας ἀγόμενον εἰς Ῥώμην ἠσπάσατο, καθὼς
ἤδη καὶ μεμαθήκαμεν, τοιαῦτα που τῶν αὐτοῦ γρά-
φων ἐπιστολῶν · Παρρακλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, πειθαρχεῖν
καὶ πᾶσαν ὑπομονὴν ασκεῖν, ἣν εἶδετε κατ'
ὀφθαλμοῦς οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ καὶ
Ῥούφῳ καὶ Ζωσίμῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς
τοῖς ἐξ ὑμῶν καὶ ἐν αὐτῷ Πύλλῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ
πεπιστευκόσιν, ὅτι καὶ οὗτοι πάντες οὐκ εἰς κενὸν B
ἔδραμον, οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκόπιασαν, ἀλλ' ἐν πίστει
καὶ δικαιοσύνῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Διὸ καὶ εἰς τὸν
ὀφειλόμενον τόπον εἰσὶν ἄρτι παρὰ Κυρίου, ᾧ καὶ
συνέπαθον · οὐ γὰρ τὸν νῦν αἰῶνά ἠγάπησαν, ἀλλὰ
τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντα καὶ ἀναστάντα Χριστόν.
Οὕτω μὲν οὖν ὁ θεὸς Ἰγνατίος ἐν ταῖς ἱερατικῆς ἐκεί-
νωι ψυχῆς ἔκειτο, καὶ θηρίων γαστέρας ἐαυτῷ θέ-
σθαι τάφον ἐπιθυμήσας, ἀνδρῶν φιλοθέων μᾶλλον
ψυχῆς κατοικεῖ.

ΙΘ'. Βασιλεὺς δὲ Τραϊανὸς τὰ κατὰ τὸν Θεοφόρον
τοῦτον Ἰγνατίον ὕστερον ἐμαθὼν, ὅπως γε γενναίως
τὸν τοῦ μάρτυρος ἄθλον ἀνύσειε καὶ ὅπως κατὰ τὴν
ἐκείνου ψῆφον θηρίων βορὰ γένοιτο, ἀκούσας δὲ
πολλὰ καὶ περὶ τῶν κατὰ χώραν Χριστιανῶν, ὡς
ἄρα οὐδὲν πᾶρὰ τοὺς νόμους πράττειε, ἀνόσιόν τε
δρῶσιν οὐδὲν, ἀλλ' ἅμα ἔφ' διανιστάμενοι Χριστόν τε C
ὡς Υἱὸν Θεοῦ προσκυνούσιν ἐγκράτειαν τε πᾶσαν
ἀσκούσιν ἐν τε βρωτῶν ὁμοίως καὶ ποτῶν μεταλή-
ψει, καὶ ὅσα νόμος ἀπαγορεύει, τούτων οὐδενὸς
ἄπτονται, ταῦτα ἐκείνον ἀκούσαντα μετάνοιαν τε
εἰσελθεῖν τῶν ἤδη γεγενημένων καὶ δόγμα τοιοῦτον
ἐκθεῖναι λέγεται, ὥστε τὸ τῶν Χριστιανῶν φύλον
ἐκζητεῖσθαι μὲν καὶ γνώριμον πανταχοῦ καθίστα-
σθαι, εὐρισκόμενοι δὲ μὴ ἀναρεῖσθαι μὲν, πλήν
μηδὲ πάλιν ἀρχὰς ἢ δημοσίων πραγμάτων ἐγχειρί-
ζεσθαι διοικήσεις. Οὕτως οὐχ ἡ ζωὴ μόνον Ἰγνα-
τίου, ἤδη δὲ καὶ ἡ τελευταία πολλῶν πρόξενος ἀγαθῶν
κατέστη, καύχημα τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως, εὐσε-
βείας ἐπίδοσις, παράκλησις πρὸς τοὺς κατὰ Θεὸν
πόνους καὶ πρὸ καιροῦ ζωῆς καταφρόνησις, ἐγκρά-
τειά τε τῶν βλαβερῶν καὶ βίου καθαρειότητος ἐπι- D
μέλεια, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα καὶ τῷ ἁγίῳ
καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ αἰεὶ καὶ εἰς τοὺς
αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XVIII. Hic quidem fuit exitus Theophori : hæc
sunt certamina : hi sunt conspicui ejus amores
in Christum. Et fert testimonium Irenæus Lug-
dunensis episcopus, vir magni faciendus, qui
Theophori crebro meminit. Quin etiam Polycar-
pus, qui Smyrnensi præerat Ecclesiæ, qui cum
eo ventitabat ad Joannem evangelistam et theo-
logum ; et cum captivus Romam duceretur An-
tiochia, eum, sicut diximus, salutavit, hæc ali-
cubi scribens in suis epistolis : Rogo vos, fratres,
ut obediatis, et omnem exercitetis tolerantiam,
quam vidistis oculis, non solum in BB. Ignatio,
Rufo et Zosimo, sed etiam in multis aliis ex vobis,
et in ipso Paulo, et iis qui cum ipso crediderunt :
quod ii omnes non in vanum concurrerunt, neque
in vanum laboraverunt, sed in fide et justitia,
quæ est in Christo Jesu. Quamobrem sunt etiam
in loco, qui eis debetur a Domino, cum quo passi
sunt. Non enim præsens sæculum dilexerunt, sed
Christum, qui pro nobis mortuus est et resurrexit.
Sic ergo situs erat divinus Ignatius in sacris
illorum animis : et cum desiderasset bestiarum
ventres sibi sepulcrum efficere, in piorum viro-
rum magis habitat animis.

XIX. Imperator autem Trajanus cum de Theo-
phoro hoc Ignatio postea didicisset, et quam for-
titer peregisset hoc certamen martyrii, et quod,
ut ipse tulerat sententiam, a bestiis fuisset devo-
ratus, et multa etiam audivisset de Christianis,
qui erant in regione, quod scilicet nihil præter
leges facerent, neque rem ullam agerent impiam ;
sed diluculo surgentes, et Christum adorarent
tanquam Dei Filium, et omnem exercerent abs-
tinentiam in cibo et in potu sumendo, et nihil
tangerent ex iis quæ lex prohibet ; cum ille, in-
quam, hæc audivisset, et ductus est pœnitentia
eorum, quæ facta fuerant, et dicitur tale decre-
tum proposuisse, ut gens quidem Christianorum
exquireretur et omnibus esset cognita ; inventi
autem non interficerentur ; sed neque magistra-
tus gererent, neque susciperent ullam reipublicæ
administrationem. Sic non vita solum Ignatii, sed
jam mors etiam fuit multorum bonorum concilia-
trix, gloriatio fidei, quæ est in Christo, augmen-
tum pietatis, adhortatio ad eos qui sunt ex Deo
labores, et contemptio ejus vitæ, quæ est ad
tempus, et continentia ab iis quæ sunt noxia, et
studium vitæ puritatis : gratia et benignitate Do-
mini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria et
sancto et vivifico Spiritui nunc et semper et in
sæcula sæculorum. Amen.

DE SANCTO CORNELIO CENTURIONE

EPISC. CÆSAREÆ ET SCEPSI.

(Sæculo 1, Februarii die 2. — *Acta Sanctorum Bolland.* Februar. tom. I, p. 279.)

§ I. S. Cornelii patria.

1. Cæsarea urbs Palestinæ, olim Stratonisturris, teste Plinio lib. v, cap. 13, ab Herode « ad honorem Octaviani principis exædificata, » ut habet Ammianus Marcellinus lib. xiv, unde et appellationem sortita : post « Colonia Flavia, a Vespasiano imp. deducta, » ait Plinius. Retinuit tamen Cæsareæ ad posteros nomen : Ptolomæo tab. 4 Astæ, Καισάρεια Στράτωνος, Cæsarea Stratonis Stratonis dicta. Est ea nobilitata plurimorum martyrum tropæis, antistitum eruditione, ac præsertim primum isthic gentibus patefacto immediato in Ecclesiam ingressu, Cornelio centurione per apostolorum principum baptismate initiato.

2. Erat sicut scribit S. Lucas Act. x, « centurio cohortis quæ dicitur Italica. » Quibus ex verbis colligit Baronius t. I Annal., an. Christi 41, n. 2, eum genere Romanum fuisse, milites Italos ; et quidem ex legione sexta, *Ferrera*, vel *Ferrata* dicta : nam στρατόπεδον τὸ Σιδηροῦν, legionem Ferream in Judæa collocatam inde a temporibus Augusti, scribit Dio Cassius lib. LV. Tacitus plura ab ea gesta in Syria Armeniaque (sed post Cornelii conversionem) narrat. Chronicum Hispaniense, quod Flavio Dextro ascribunt auctores moderni, ad annum Christi 40 Cornelium *Italicensem* facit. Italica nempe oriundum, Bætica urbe, unde et post Trajanus atque Adrianus Imps., cujus urbis ruinas ad Bætici flumen, leuca una ab Hispali, etiamnum spectari, ac *Hispalim antiquam* dici, scribit Ludovicus Nonius *Hispaniæ* cap. 17. Multis argumentis Cornelium Italicæ vindicare nititur Franciscus Bivarius in suis ad illud Chronicon Commentariis, ad an. Chr. 34, Comm. 3. Sextam enim legionem, Judææ impositam ad præsidium, Italicam fuisse ; Sextam appellatam, quod apud Livium uspiam, provinciarum Sexta dicatur Hispania ulterior, ubi urbs Italica : quasi vero legio tertia Gallica, tertia Cyrenaica, quarta Scythica, quinta Macedonica, nuncupatæ sint, quia Gallia ac Cyrene tertia provincia fuerint, Scythia quarta, quinta Macedonia. Quam deinde illud ridicule ab eo scriptum ! Micuisse vero mirum in modum Italicam inter cæteras Romanas legiones multis testatur Dio lib. v *Hist. Roman.*, qui etiam auctor est, ab Augusto Cæsare eam id Judæam deductam. « Voluit Dionis LV librum citare, nam 34 priores libri ejus non

A exstant. At lib. LV ista habet : « Sextæ duæ (legiones), una in inferiori Britannia, Victrix ; altera in Judæa Ferreæ vocabulo insignis. » Et quibusdam interjectis, « Nero legionem primam, Italicam nuncupatam, instituit, in inferiore Mysia hyemantem. . . . Trajanus secundam Ægyptiam, tricesimam Germanicam ; quibus a suo nomine imposuit M. Antoninus : item secundam in Norico, tertiam in Rhætia, quæ etiam Italicæ vocantur. » An hic mirum in modum legionem Italicam inter cæteras micuisse Dio testatur ? An in Judæam deductam ab Augusto quæ instituta nondum erat ? At si Italica erat, quæ Judæam tatabatur legio, quid necesse erat peculiarem unam illius cohortem Italicam appellari ? Verum Bivarius cohortem ac legionem confundit ; scribit enim : « In Judæa una eademque erat cohors militum Romanorum . . . sola enim cohors sexta, quæ est Italica, et Ferrata, in Palæstina, Dione teste, degebat. » Dionis jam verba protulimus. An tam honorificum censet Bivarius, Christo truculentas manus intulisse, id quoque decus suis gentilibus assertum velit ? An quando Matth. xxvii, congregata est « universa cohors, » etiam acciti sunt Cæsarea omnes Cornelii milites, si unica erat in Judæa cohors ? Non inficiamur tamen sextam aliquam legionem legi, versatam in Hispania, sed ab hac Ferrata diversam.

3. Validius est aliquanto, quod ex S. Hieronymo Bivarius affert argumentum. Hic epist. 28 ad Lucinium Bæticum, inter alia scribit : « Vere nunc in te sermo Dominicus impletus est ¹ : *Multi ab Oriente et Occidente venient, et recumbent in sinu Abrahamæ.* Cornelius, centurio cohortis Italicæ, jam tunc Lucinii mei præfigurabat fidem. Apostolus Paulus scribens ad Romanos, *Cum inquit, in Hispaniam proficisci cæpero, spero quod præteriens videam vos, et a vobis deducar illuc* ². Tantis fructibus approbavit, quid de illa provincia quæreret. » Cur enim vero scribens ad hominem Hispanum Hieronymus, referensque Pauli Hispaniæ adeundæ desiderium, Cornelii meminit, nisi quod in eo Hispanicæ gentis veluti consecratæ primitiæ sunt ? Quia tamen responderi potest, in Cornelio apertam gentibus, etiam remotis, ut erant Hispani, fidei januam esse, eoque illius ab Hieronymo ad Hispanum scribente relatam conversionem ; nos (ut cum Roderico Caro,

¹ Matth. viii, 11. ² Rom. xv, 24.

in notis ad locum jam citatum Dextri, loquamur) A
« veritati præjudicium afferre nolumus : » deque
S. Cornelii patria illud solum pronuntiamus, « Non
liquere. » Nam quæ Joannes Tamaius de Salazar in
Martyrol. Hispan. conguessit argumenta, eadem fere
sunt quæ Bivarii Si S. Lucas cohortem Italicensem
vocaret, nulli dubium hæreret, quin ex Italica urbe
Hispaniæ esset : sed *Italicam* vocat. Addit idem
Tamaius, esse in Hispania nobilem domum *del Ca-
stillo*, quæ ab hoc sancto centurione sese ortam
gloriatur.

§ II. S. Cornelii episcopatus.

4. Quacunque ergo ortus patria, certe cœli civis,
atque ex sæculi centurione miles Christi, imo novæ B
sub eo legionis primipilus est factus. Nam episco-
pum Cæsareæ ordinatum testantur Martyrologia.
Ita Usuardus hæc die: « Apud Cæsaream beatissimi
Cornelii Centurionis, quem B. Petrus baptizavit. Hic
apud præfatam urbem episcopali honore sublima-
tus quievit. » Eadem habet Beda vulgatus, Ado, mss.
pleraque, et recentiores verbis non nihil mutatis,
Martyrol. Romanum, ab ipso S. Petro episcopum
consecratum indicat. Notkerus prolixum ejus elo-
gium ita concludit : « Qui Cornelius, relicta militia,
apud præfatam urbem episcopi honore sublimatus
quievit. » Petrus de Natalib. lib. III, cap. 73, nar-
rata ejus conversione, subdit : « Deinde Cornelius,
militiæ abrenuntians, discipulus apostolorum efficitur,
et ab eisdem episcopus Cæsareæ ordinatur. Qui
apud eandem urbem officio prædicationis fideliter C
peracto, sanctitate conspicuus ad Christum migra-
vit : ibique sepultus quievit iv Nonas Februarii. »

5. Ex his refelli potest quod lib. x Recognitionum
Clementis narratur, Simone Mago Antiochiæ S. Pe-
trum absentem criminante, atque Ecclesiam con-
turbante, « supervenisse Cornelium centurionem,
missum a Cæsare ad præsidem Cæsareæ, publici
negotii gratia; » et quæ agerentur edoctum, spargi
rumorem curasse, quia Cæsar in urbe Roma et per
provincias maleficos inquiri jusserit ac perimi, se,
ut istum magum caperet, venisse, et ob hoc missum
a Cæsare. » Qui dolus feliciter evenerit, ac Simonem
ea fama conterritum inde fugarit. An tamen conti-
nuo ut baptizatus est Cornelius, nuntium militiæ
remiserit; an idoneam ejus rei opportunitatem ex-
spectarit, in obscuro est. Ejusdem Clementis apo-
stolicarum Constitut. lib. VII, cap. 47 habetur, « Za-
chæum, qui antea fuerat publicanus, primum epis-
copum Cæsareæ Palæstinæ fuisse: huic successisse
Cornelium, et huic rursus tertium episcopum Theo-
philum. » Verum, ut alibi diximus, quæ eo capite
referuntur, haud satis veritate videntur nixa, ut a
Clemente scripta credantur; nisi ab aliquo inter-
polata fateamur. Ac S. Theophilus quidem Cæsareen-
sis episcopus sub Severo principe floruit, ut v Mar-
tini dicemus ex libro S. Hieronymi *De illust. Eccles.
script.* Ut neque Cornelio successisse, nisi longo ex

intervallo, potuerit, neque ab S. Clemente, qui in
Trajani anno mortuus est, ejus fieri mentio.

6. Acta S. Cornelii (quæ ex vetustioribus monu-
mentis descripsit e Symeonem Metaphrasten fatetur
Baronius; nos ab Aloysio Lipomano, dein a Surio,
edita, cum ms. Græco bibliothecæ Christianissimi
regis collata hic damus), ea, inquam, Acta episcopa-
tus Cæsareensis non meminerunt. Solum Petro ali-
quandiu adhæsisse comitem peregrinationis refe-
runt, ab eoque ad Scepsæorum civitatem missum,
ac multa perpersum incommoda, multis clarum mi-
raculis, Demetrio principi ac populo fere universo
fidei suscipiendæ auctorem exstitisse. In ea vero
oratione, qua S. Petri certamina, labores, peregri-
nationes complexus idem est Metaphrastes, seu quis
alius auctor apud Lipomanum et Surium xxix Ju-
nii, dicitur Petrus postquam e carcere, in quem
illum Herodes conjecerat, eductus ab angelo est,
« venisse Cæsaream Stratonis, » ubi antea Corne-
lium baptizarat, « et ex iis, qui ipsum sequebantur,
presbyteris episcopum ibi constituisse: » post annos
deinde aliquot, multis lustratis urbibus, venisse
« Ilium, civitatem Hellesponti, eoque in loco Cor-
nelium centurionem episcopum constituisse. »

7. Inde fortassis revocatus est Cæsaream, Za-
chæo, seu quo alio ejus urbis antistite, decedente.
Scribit Baronius in Not. ad Martyrol. « sedem Cæ-
sariensem, ea occasione, quod ex conversione Cor-
nelii (Deo monente) illic primum apertum est ostium
fidei gentibus, meruisse sigulari prærogativa exal-
tari, ut non Hierosolymitana, sed ipsa fieret metro-
polis Palæstinæ. » Fuit sane Cæsarea olim metro-
polis Palæstinæ, eique subjecta Hierosolyma, ut
patet ex canone 7 concilii Nicæni, qui ita habet :
« Quia consuetudo obtinuit, et antiqua traditio, ut
Æliæ episcopus honoretur, habeat honoris conse-
quentiam, salva metropoli propria dignitate. »
Theodorus Balsamon, in scholiis in hunc ac præce-
dentem canonem, recte monet Æliam dictam urbem
Hierosolymorum, quod ab Ælio Adriano instaurata
esset. At sæde hallucinatur, cum scribit eo canone
decerni « ut metropoli Cæsareæ sua jura serventur,
etiamsi ab ea Ælia abstracta sit, et honoratus ejus
patriarcha, propter salutiferam Christi passionem. »
Melius canonem Nicænum intellexit propinquior
illis temporibus Hieronymus. Is ep. 64 ad Pamma-
chium adversus errores Joannis Hierosolymitani
cap. 15 ita scribit : « Tu qui regulas quæris eccle-
siasticas, et Nicæni concilii canonibus uteris, et alie-
nos clericos, et cum suis episcopis commorantes,
niteris usurpare, responde mihi: Ad Alexandrinum
episcopum Palæstina quid pertinet? Ni fallor, hoc
ibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea
sit. » Quin et S. Leo I papa epist. 62 ad Maximum
Antiochenum episc. data Opilione V. Cl. Cos. an.
Chr. 453, Juvencium episcopum Hierosolymitanum
reprehendit, « ad obtinendum Palæstinæ principa-
tum aspirantem, et insolentes ausus per commen-
titia scripta firmantem. » Postea tamen, annuente

Romano pontifice, patriarchali titulo et auctoritate ornata est sedes Hierosolymitana. At non ob solam conversi isthic Cornelii memoriam, antea metropolis Palæstinæ erat Cæsarea; sed quia, « ipsa Judææ maxima urbs erat, » ut scribit Josephus *De bello Judaic.* lib. III, cap. 14, sub finem, ast in Basileensi Græca edit. an. 1544 initio capituli 283: licet Ammiani Marcellini ævo egregiæ quoque aliæ essent urbes, Eleutheropolis, Neapolis, Ascalon, Gaza.

8. Græci Cornelium solemniter venerantur XIII Septembris, ut patet ex Menologio et Menæis, ubi tamen Cæsareensis cathedræ mentio nulla. Menæa postquam retulere, S. Petrum ei catechesi imbuto baptismata impertiisse, subdunt: τὴν προσηγορίαν τῆς Σκέπσεως πόλεως ἐγχειρίζει, « præfecturam Scepsos urbis illi committit, » quod cum Actis a Metaphraste descriptis consentit. Raderus vertit: « Illic (Cæsareæ) urbis curam et præfecturam (in rebus fidei) commisit: quam Cornelius cum totam idolis addictam invenisset, per Christi gratiam conversam totam, adeoque ipsum urbis prætorem Demetrium cum tota domo in Christum credentem sacro fonte lustravit. Cornelius demum vita apostolico more peracta ad Dominum emigravit. » At Scepsin ei commissam asserunt Acta. Fuit urbs episcopalis in Hellesponto, uti Troas et Ilium.

§ III. S. Cornelii labores, miracula, inventio.

9. Eadem Menæa non Cæsareæ substitisse, sed varia percurrisse loca tradunt, et quidem cum S. Petro apostolo: « Maxima, inquit, dignatus celebritate nominis, Cornelii, cum apostolorum principe ac pluribus aliis, discurreisti, ubique divinum peragens præconium, per quod et ad lumen perducti, ab ignorantiae tenebris eruti sumus. » In alia ode: « Accepta Spiritus gratia, veluti splendidus quidam sol, terram illustrasti, Cornelii, depulsa idolomanie caligine. » Alia: « Quasi fluvius ingens egressus es, irrigans celesti doctrina universam terræ faciem, multiplicis deorum culturæ zizania suffocans, Cornelii. » Alia: « Toti mundo mortuus, ejus qui pro nobis mortuus est, resurrectionem, omnibus, qui per animi passiones mortui erant, annuntiasti, beatissime Cornelii. » Alia: « Spiritu illustratus, stella effectus es luciflua, splendidissimo fulgore fines terræ collustrans, hieromysta Cornelii. » Alia plura id genus de eo prædicant; Christi præconem appellant, « et sanctorum discipulorum æqualem, qui sanctum Spiritum ut illi acceperit. » Quin et alia celebrant, quæ ab eo Scepsi gesta esse in Actis dicuntur. Ejusmodi hæc sunt: « Totus Deo omnipotenti deditus, surdis simulacris cultum non exhibuisti, compellentibus sanguinariis homini-

bus Altissimum invisibilem Deum, Cornelii, ferventer invocasti, et abominandorum idolorum templum funditus evertisti, vehementi hominum admiratione. Omnipotentis servans mandata, et ipse servatus es: vincula sustinuisti, et insipientes homines vinculis superstitionum solvisti, o theosophie.

10. Sepulcrum quoque illius celebrant, et patrata ad illud miracula. Domus ejus exstitit Cæsareæ, S. Hieronymi ætate, sed in templum conversa: sepulcri ac reliquiarum nulla apud eum memoria. Ita scribit epist. 27, sive in Vita S. Paulæ, quam XXVI Januarii dedimus, cap. 2, n. 8, ubi loca maritima Palæstinæ enumerat, quæ Paula Hierosolymam tendens lustravit: « Et versa vice (mirata est) Stratonis turrim, ab Herode rege Judææ in honorem Cæsaris Augusti Cæsaream nuncupatam, in qua Cornelii domum, Christi vidit ecclesiam. » Cur non et sepulcrum? Atqui hoc, ut Menæa habent, « velut fons profundit large curationes fidelibus, abigit nequam spiritus, illuminatque omnium oculos, qui in fide eum laudant. » Item: « Semper scaturis torrentibus curationum, humanas ægrotudines detergens. » Dein: « Exaltatus virtutibus es, præcelsæ cedri in modum, et suaveolentes nobis fructus protulisti, doctrinæ nimirum largitionem, gratiam miraculorum, curationum efficaciam, beate hierarcha Cornelii. » Ac deinde: « Natura quidem mortuus, usu vero beatum sepulcrum inhabitans, illud multorum miraculorum fontem efficis, o sapiens Cornelii, ægrotos sanans, spiritus malignos abigens in Spiritu sancto. »

11. Ignotum diu id sepulcrum fuit, ut in Actis traditur; donec id S. Silvanus, Troadensis episcopus, invenit, Theodosii Junioris temporibus. Quod Latini, ut diximus, II Februarii, Græci XIII Septembris eum venerantur; altera fortassis celebritas ejus gloriosi decessus est, altera inventionis ac translationis.

12. Nec illud omittendum, martyrem eum in Menæis appellari, seu vere pro Christi fide interfectus est, seu solum quæstioni, quæ in Actis memoratur, adhibitus. Ita habent Menæa in titulo diei XIII Septembr. « Et sancti martyris Cornelii centurionis. » Et in cantico quodam: « Unguento sacerdotii perfusus, discurreisti, præconium salutis faciens in gentibus, erroris spinas extirpans, divina sapiens, et doctrinam nulli obnoxiam errori mentibus inserens. Ideo benedicimus te, ut pontificem Deo afflatum, et martyrem invictum, Cornelii. » Huc facit quod in miraculis S. Anastasii Persæ habetur XXII Januar. miraculo 10 Cæsareæ patrato: « Receptor quidam templi sancti et gloriosi martyris Cornelii, Joannes nomine. » Quamquam et in Actis cap. 3, n. 12 martyr appellatur.



MARTYΡΙΟΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΕΝΔΟΞΟΥ

ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΚΟΡΝΕΛΙΟΥ ΕΚΑΤΟΝΤΑΡΧΟΥ.

MARTYRIUM SANCTI ET GLORIOSI

MARTYRIS

CORNELII CENTURIONIS.

(Græce nunc primum typis mandatur ex cod. ms. Paris. n. 1489. EDIT. PATR.)

CAPUT I.

S. Cornelii conversio, baptismus.

Α'. Μετὰ τὴν σωτήριον ἐπὶ γῆς τοῦ Λόγου ἐπιδη-
 μίαν τὸν ἐκούσιόν τε σταυρὸν καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν
 θάνατον καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἐπάνοδον ὅθεν ἐπήλυθεν
 οἰκοδομησάτι τὴν σκηνὴν Δαυὶδ, κατὰ τοὺς προφῆτας,
 τὴν πεπιτωκυῖαν, εἰς ὑπῆρχε καὶ ὁ ἐκ τῆς Ἰταλικῆς
 σπείρης ἐκατόνταρχος Κορνῆλιος τῶν ἐκζητούντων
 αὐτὸν καὶ τὰ ἀρεστὰ ἐκείνων ποιοούντων, καὶ πολὺς
 ἐν ἀγαθοῖς ἔργοις ἦν, εἰ καὶ μηδέπω τῆς χάριτος
 τούτου τῆς Θείας, μηδὲ τῆς πρὸς αὐτὸν ἠξιῶτο κλή-
 σεως. Ἄνῆρ οὗτος εὐσεβῆς καὶ τὸν Θεὸν αὐτός τε
 καὶ ὁ πᾶς αὐτῷ οἶκος φοβούμενος, ὧν τε εἶχε τοὺς
 δεομένους μεταδιδούς καὶ τοῦ Θεοῦ διὰ παντὸς πάλιν
 ἐκεῖνος δεόμενος· τούτῳ ἐν Καισαρείᾳ διάγοντι, ὡς
 ὁ Θεὸς Λουκᾶς σαφέστατα περὶ αὐτοῦ διεξείσιν,
 ἄγγελος περὶ ποῦ τὴν ἐνάτην ὥραν ἐφοίτησε τῆς
 ἡμέρας, καὶ, Κορνῆλιε, ἔφη, αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ
 ἐλεημοσύνη ἀνέβησαν εἰς μνημόστυνον ἐνώπιον τοῦ
 Θεοῦ, καὶ νῦν πέμψον εἰς Ἰόππην ἄνδρα καὶ μετά-
 πεμψαὶ Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον· οὗτος
 ἔλθων λαλήσει σοι ῥήματα ζωῆς. Τούτῳ ὁ μὲν ἐπι-
 σκήψας, οὐκ ἔτι φανερός ἦν· Κορνῆλιος δὲ τῶν οἰκε-
 τῶν δύο καὶ στρατιώτην αὐτίκα εὐσεβῆ τῶν προσ-
 καρτερούντων αὐτῷ ἕνα κλέστας ἀνακαλύπτει τε
 αὐτοῖς ἄπερ ἴδοι· καὶ εἰς Ἰόππην ἐκπέμπει· τῆδε
 δὲ γὰρ διατρέθειν τὸν Πέτρον ὁ ἄγγελος εἶπεν, καὶ
 τὴν ξενίαν ἐδήλωσε πρὸς τινι Σίμωνι βυρσαῖ γινο-
 μένην. Πέτρος οὖν καὶ γῆν τῷ κηρύγματι πᾶσαν καὶ
 θάλατταν ἐπερχόμενος, καὶ πανταχοῦ τὴν ἀλήθειαν
 καταγγέλλων (ἔκειτο γὰρ ὡς ἀληθῶς εἰς φῶς ἐθνῶν
 καὶ σωτηρίαν πολλῶν) παρὰ τοὺς κατοικοῦντας Λύδ-
 δαν ἁγίους ἔλθων καὶ τινι Αἰνέᾳ παρειμένον ἐξ ἐτῶν
 ὀκτὼ κατκειμένον, ἀναστήσας, εἰς Ἰόππην δια-
 βᾶς, καὶ τὸ κατὰ Ταβῆθᾶ, ἧτις ἐκόλειτο Δορκᾶς,
 θαύμα διατελέσας, ἐνταῦθα παρὰ τῷ βυρσαῖ κατήγετο.

I. Post salutarem Verbi in terram adventum
 crucemque et mortem pro nobis sua sponte ab eo
 susceptam, et in cœlos ascensionem, unde descen-
 derat ad ædificandum Davidis tabernaculum (ut
 cum prophetis dicam 5) quod ceciderat; unus erat
 ex cohorte Italica centurio Cornelius, ex iis qui
 ipsum quærebant, et faciebant quæ illi placebant,
 et qui multa bona faciebat opera (etiamsi nondum
 divina Christi gratia, neque vocatione ad ipsum
 esset dignatus hic vir pius) ut qui Deum timeret
 ipse, et tota ejus familia, et iis, quæ habebat,
 impertiret egentes; rursusque Deum precaretur
 assidue. Ad eum agentem Cæsareæ (ut divinus
 Lucas de ipso refert apertissime 4) venit angelus
 circa nonam horam diei, et dixit ei: Corneli,
 orationes et eleemosynæ tuæ ascenderunt in me-
 moriam in conspectu Dei: et nunc mitte viros
 Joppen, et accerse Simonem, qui appellatur Pe-
 trus: is cum venerit, loquetur tibi verba vitæ.
 Hæc cum ille quidem mandasset, non amplius
 apparebat. Cornelius autem statim duobus voca-
 tis famulis, et pio quodam milite, ex iis qui illi
 perpetuo aderant, illis aperit, quæ viderat, et eos
 mittit Joppen. Illic enim versari Petrum dixit an-
 gelus, apud quemdam Simonem coriarium. Petrus
 autem, qui omnem terram et mare obibat prædi-
 cando, et veritatem ubique annuntiabat (erat enim
 revera positus in lucem gentium et salutem mul-
 torum), ingressus ad sanctos qui habitabant Lyd-
 dam, cum quemdam Æneam, qui octo annis
 jacebat paralyticus, fecisset surgere, Joppen
 deinde venisset, et in Tabitha, quæ vocatur
 Dorcas, fecisset magnum illud miraculum, hic
 degebat apud coriarium.

5 Amos ix, 14. 4 Act. x.

II. Sed nec eum quoque dimisit Deus ignarum A
mysterii, quo erat initiandus Cornelius : aut po-
lius Cornelii justitiam et preces non despexit. Sed
quoniam ii qui erant ex circumcisione, disside-
bant ab iis qui habebant præputium ; ne Petrus
eos, qui missi erant a Cornelio, ut qui haberent
præputium, incassum rursus remitteret, propte-
rea quod nefas sibi putaret congregari cum alieni-
gena, aut ad eum accedere ; cum illi Cæsarea
profecti, non procul essent ab Joppe, ostendit ei
Deus Cornelii virtutem et agnitionem. Cum ita-
que ascendisset in superiorem domus partem, ut
quæ hora sexta fiunt, preces redderet, se cibo
reficere opus habuit, et esuriit. Interim autem
dum Petro parabatur cibus, videt cælum apertum,
et vas quoddam, tanquam magnum linteum, qua
tuor initiis in terram demitti, et ad ipsum venire.
Vas autem continebat bestias, tam omnes terræ
quadrupedes, et reptiles, quam volucres cæli.
Voxque ex illo visa est ad eum exire, dicens :
« Surge, Petre, macta et comede. » Deinde cum
is dixisset, « Nequaquam, Domine ; » et cum
deinde etiam causam adjecisset, « Nunquam
enim, inquit, comedi omne commune aut im-
mundum », vox ei rursus respondit : « Quæ
Deus mundavit, tu ne dixeris communia. » Cum-
que hoc ter factum esset, vas rursus assumptum
est in cælum. Hoc autem significabat conversio-
nem Cornelii, et eorum qui erant cum ipso. Nam
esuries quidem, qua laborabat Petrus, significa-
bat illius in pietatem propositum et studium ; et
quod is nihil adeo esuriebat et desiderabat, at-
que infidelium agnitionem, et eis omnino dare
verum Dei cultum et prædicationem Evangelii.
Quadrupedes autem et serpentes ac volucres erant
signum multitudinis eorum qui erant convertendi
cum Cornelio. Vas autem e cælo ter demissum,
significabat ternam in baptismo demersionem.
Mundatas autem eas esse a Deo, significabat Cor-
nelii justitiam et misericordiam cum universa
domo, et quod ii quoque Deo accepti evaserunt.

III. Cogitante autem Petro, et non valente visio-
nem conjicere, qui missi fuerant a Cornelio, jam
ad fores venerant. Et protinus incidens Spiritus, et
illorum adventum significat, et jubet Petrum eos
convenire minime hæsitantem. Atque ei quidem,
cum ad eos descendisset, quæ vidisset Cornelius,
et quæ ab angelo audivisset, omnia renuntiant. Ita-
que die sequenti simul veniunt Cæsaream. Cum eis
autem obviam processisset Cornelius, et procidis-
set ad ejus pedes, erigit eum Petrus, dicens : « Ego
quoque sum homo. » Deinde cum in eo seminas-
set verbum pietatis, et in animis eorum qui con-
venerant, postquam vidit Spiritus gratiam in eos
illapsam, et baptismum præcipientem, eos ad
veritatem deducit, et baptismo iniciat.

B'. 'Αλλ' οὐδὲ τοῦτον ἀφῆκε πάλιν τῶν κατὰ τὸν
Κορνήλιον ἀρτύητον ὁ Θεός · μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὴν τοῦ
Κορνηλίου δικαιοσύνην, οὐδὲ τὰς προσευχὰς περιαι-
δεν · ἀλλ' ἐπεὶ οἱ ἐκ περιτομῆς διεκρίνοντο πρὸς τοὺς
ἀκροβυστίαν ἔχοντας, ἵνα μὴ καὶ οὗτος τοὺς ὑπὸ
Κορνηλίου πεμφθέντας ὡς ἀκροβύστους διακηνῆς
ἀποπέμψαιτο πάλιν, οἷα οὐ θέμις ὄν τῷ Πέτρῳ κολ-
λάσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἄλλοφύλῳ · ὡς ἦδη τῆς Και-
σαρείας ἀπάραντες ἐκεῖνοι οὐ πόρρω Ἰοππῆς ἦσαν,
παραδείκνυσι καὶ αὐτῷ τὴν Κορνηλίου ἀρετὴν καὶ
τὴν ἐπίγνωσιν ὁ Θεός. Ἐντεῦθεν ἔ μὲν ἐπὶ τὸ δωμά-
τιον ἀναβὰς, ἐφ' ἧ τὰς ἐπὶ τῇ ἕκτη ὥρᾳ εὐχὰς ἀπο-
δώη κατὰ χρεῖαν τε τροφῆς ἐγεγόνει καὶ πρόσπεινος
ἦν. Ἐν ὅσῳ δὲ ἡ ἐστίασις τῷ Πέτρῳ παρεσκευάζετο,
ὄρᾳ τὸν οὐρανὸν ἀνεωρότα, καὶ σκευὸς τι ὡς οὐρανὸν
μεγάλην τέσσαρσιν ἀρχαῖς ἐπὶ τῆς γῆς καθιέμενον
καὶ ὡς αὐτὸν ἦγον · τὸ δὲ σκεῦος τὰ τε θηρία καὶ
τὰ τετράποδα τῆς γῆς πάντα καὶ τὰ ἑρπετὰ καὶ τὰ
πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἐν ἑαυτῷ εἶχε, καὶ φωνή τις
ἐκεῖθεν ἐξίεναι πρὸς αὐτὸν ἐδόκει · οὐ Ἀναστάς, Πέ-
τρε, λέγουσα, θύσον καὶ φάγε » « Μηδαμῶς » δὲ αὐτῷ,
« Κύριε, » εἶπρυντι, εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν προσθέντι · « Οὐ,
Δέσποτα, γάρ, φησὶν, ἔφαγον πᾶν κοινὸν οὐδὲ ἀκά-
θαρτον, » ἡ φωνὴ ἀπεκρίνατο πάλιν · « Ἄ ὁ Θεός
ἀκαθάρισεν, μὴ κοίνου σύ. » Καὶ τοῦτο ἐπὶ τρεῖς γε-
γονός, εἰς τὸν οὐρανὸν τὸ σκεῦος ἀνελήφθη πάλιν.
Τὸ δὲ ἄρα τὴν ἐπιτροπὴν Κορνηλίου καὶ τῶν σὺν
αὐτῷ ὑπεόηλου. Ἡ μὲν γὰρ τῆς τροφῆς τοῦ Πέτρου
χρεῖα τὴν ἐκεῖνου περὶ τὴν εὐσεβείαν πρόθεσιν καὶ
τὴν σπουδὴν ὑπεσήμαινε · καὶ ὡς οὐδεὶς οὗτος
τοσοῦτον ἐπέινα, οὐδὲ ἠφίετο, ὡς τῆς τῶν ἀπίστων
ἐπιγνώσεως, καὶ τοῦ τὴν εὐσεβείαν ἐκάστοτε καὶ τὸ
κῆρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου ἐπιδιδόναι. Τὰ δὲ τετρά-
ποδα, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ πλήθους τῶν
μετὰ Κορνηλίου μελλόντων ἐπιστρέφειν τεκμηρίον
ἦν · τὸ δὲ καὶ τρεῖς καθίσθαι τοῦ οὐρανοῦ τὸ σκεῦος,
τὸ τριστὸν τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι καταδύσεως ὑπ-
ηνίττετο · τὸ δὲ κεκαθαρίσθαι αὐτὰ πρὸς τοῦ Θεοῦ,
τὴν δικαιοσύνην Κορνηλίου καὶ τὸν ἔλεον σὺν παντὶ
τῷ οἴκῳ ἐδήλου · καὶ ὡς ἄρα δεκτοὶ τῷ Θεῷ καὶ οἱ
γεγέννηται.

Γ'. Διενθυμουμένῳ τοίνυν τῷ Πέτρῳ, καὶ μὴ
συνεῖναι τὴν ὄψιν μηδὲ συμβαλεῖν ἔχοντι, οἱ ὑπὸ
Κορνηλίου σταλέντες πρὸς ταῖς θύρας ἦγον ἦδη,
καὶ τὸ Πνεῦμα ἐπιπτὰν αὐτίκα τὴν τε ἀφίξιν ἐλείπων
μηνύει · καὶ συναλθεῖν αὐτοῖς ἐπιτρέπει τὸν Πέτρον
μηδὲν διακρινόμενον. Τότε μὲν δὴ πρὸς αὐτοὺς κατα-
βάντι ὅσα τε Κορνήλιος ἴδοι καὶ ὅσα παρὰ τοῦ ἀγγέ-
λου ἀκούσειεν, ἀπαγγέλλουσιν αὐτῷ πάντα, καὶ τῇ
ἐξῆς ἐπὶ Καισάρειαν ἀφικνοῦνται. Προῦπαντήσαντος
δὲ Κορνηλίου καὶ πεσόντος πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ,
ἀνίστησιν αὐτὸν Πέτρος · « Κἀγὼ αὐτὸς ἄνθρωπός
εἰμι, » εἰπὼν. Εἶτα τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας αὐτῷ τε
καὶ ταῖς τῶν συνεληλυθότων ψυχαῖς κατασπείρας, ὡς
καὶ τὴν τοῦ Πνεύμονος χάριν ἐπιπταμένην αὐτοῖς
εἶδε καὶ τὸ βάπτισμα παρεγγυῶσαν, εἰς τὴν ἀλή-
θειάν τε αὐτοὺς ἐπαναγαγεῖν καὶ τελειοῖ τῷ βαπτί-
σματι.

CAPUT II.

S. Cornelii labores, præsertim Scepsi.

Δ'. Διασπαρείς δὲ μετὰ τὴν ἐπὶ Στεφάνῳ λύπην ἀπὸ Ἱεροσολύμων τοῖς ἀποστόλοις παρῆν καὶ Κορνήλιος, καὶ μέχρι Φοινίκης ἦλθε, καὶ Κύπρου, καὶ Ἀντιοχείας αὐτῆς· καὶ Πέτρῳ συναπῆρε πάλιν καὶ Τιμοθέῳ· καὶ οὐδὲ ἐν Ἐφέσῳ αὐτῶν ἀπολέλειπτο. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν Σκεψαίων μάθοιεν πόλιν εἰδῶλοις ὑποκειμένην, ἐσκέπτοντο μὲν ὅστις αὐτὴν καταλάβοι, καὶ τὸ πρᾶγμα κλήροις ἐπέτρεπον. Τοῦ κλήρου δὲ Κορνήλιον λαχόντος, ἰδὲ εὐθέως ἐπιδημεῖ τῇ πόλει. Ἐτοπάρχει δὲ αὐτῆς Δημήτριός τις φιλόσοφος καὶ δεινός τὰ Ἑλληνικά, φοβερόν κατὰ τῆς εὐσεβοῦς τῶν Χριστιανῶν πνεύων πίστεως, ἄλλους τε θεοῦ Ἑλλήνων τιμῶν, καὶ Ἀπολλῶνα μάλιστα καὶ Δία· οὗτος τὴν Κορνηλίου ἐπιδημίαν μαθὼν, μετεπέμψατο αὐτίκα τὸν ἄνδρα, καὶ ἐφ' ὅτι ἤκοι καὶ ὅθεν καὶ ὅτι ἂν αὐτῷ τὸ ἐπιτήδευμα, ἐπυθάνετο. Ὁ δὲ Δούλος μὲν εἰμι τοῦ ζῶντος Θεοῦ, ἔφη· ἐστειλάμην δὲ τὴν ἐνταῦθα, ὥστε ἀναλαβεῖν μὲν σε τοῦ βαθυτάτου σκότους τῆς ἀγνώστιας, τῷ φωτὶ δὲ οἰκειῶσαι τῆς ἀληθείας καὶ καθαρὰν ἐπιγνώσεως ἀκτίνα τῇ σὴ ψυχῇ ἐπαφεῖναι. Τούτων οὐδὲ ὀλίγα συνιείς ἐκεῖνος, θυμοῦ τε κατὰ βραχὺ ὑπεπίμπλατο, καὶ μανικὸν ἐξείσθη, καὶ ἄγριον ἀναφθέγγεται· Ἄλλα σε ἠρόμην· ἕτερα δὲ μοι αὐτὸς ἀποκρίνη· μὰ τοὺς θεοὺς ἅπαντας, εἰ μὴ ἐν κότρῳ καὶ μετὰ σπουδῆς ἀποκρίνη, οὐ φείσομαι τοῦ σοῦ γήρως, οὐ δώσω συγγνώμην τῇ ἡλικίᾳ, οὐ τὴν πολιὰν αἰδεσθήσομαι, πλὴν ἀλλ' εἶπέ καὶ τὴν στρατεύῃ, καὶ ἐφ' ᾧ παρζέγονας.

Ε'. Ὁ δὲ Κορνήλιος· Εἰ βούλει μαθεῖν καὶ ἥτις ἡ στρατεία ἐμοί, ἔφη, ἑκατοντάρχης εἰμί. Καὶ εὐθὺς τὰ προειρημένα σαφέστερον ἀνεκύκλει πάλιν. Μαθὼν γὰρ, φησὶν, ὡς μεγάλη πλάνη αὐτὸς τε καὶ ἡ σύζυγος καὶ πᾶσα ἡ ὑπὸ σοὶ κειμένη ἀρχὴ περιπέσοιτε, ἤκω τὴν ἀπίστην λύσω καὶ χειραγωγήσω ἐπὶ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας ὑμᾶς καὶ τῷ μόνῳ ζῶντι Θεῷ καταλλάξων, ὅς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ ὑφ' οὗ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα παρήχθη, καὶ οὗ τῷ νευματι ἄγεται. Πρὸς ταῦτα τὸν Δημήτριον ὄρωντα πρεσβύτατον ἦδη φάναι, Καὶ μέ τις διὰ τὴν ἡλικίαν οἶκτος εἰσέρχεται· τοὺς μακροὺς τοῖνον λήρους ἔατας (βραχὺ γὰρ σοὶ ἐρῶ)· θύσον, πρὸς τῶν τοῖς θεοῖς· τοῦ δὲ καὶ, Ποίους θεοὺς; ἐπανερομένου· Τίσιν ἄλλοις γε, εἶπεν ἐκεῖνος, ἢ Διὶ καὶ Ἀπόλλωνι; Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ἀνανεύσεις, χαλεπαῖς, εὐ ἴσθι, κολάσει καὶ στρέδλαις πρὸδοθήσῃ· καὶ οὐδεὶς ἄρα οὕτω δυνατός παρά τούτους ἔσται θεός, ὅς τῶν ἐμῶν ἐξελείτται σε χειρῶν. Ὁ δὲ Δύναται, φησὶν, ὁ ἐμὸς Θεός, οὐ κακῶν ἀπαθῶν μόνον, οὐδὲ τῆς ἐξ ἀνθρώπων κρείττονα ἐπερείσας ἐμὲ διασωσάσαι, ἀλλὰ καὶ οὗς αὐτὸς ὀνομάζεις θεοὺς καθελεῖν,

(1) Imo, ut ex Actis patet, Stephani cædes ante Cornelii conversionem contigit. Melius in orat. de S. Petri certaminibus supra citata num. 6 tradit idem Metaphrastes, Cornelium cum Petro peregrinatum, postquam hic ex Hierosolymitano carcere ereptus

IV. Cum dispersis autem ab Hierosolymis apostolis, post vexationem quæ a Stephani morte accidit (1), simul aderat etiam Cornelius, et venit usque in Phoeniciam, et Cyprum, et ipsam Antiochiam: et rursus profectus est una cum Petro et Timotheo: et nec Ephesi quidem ab eis abfuit. Cum autem accepissent, Scepsæorum civitatem (2) esse subjectam cultui simulacrorum, consultabant, quisnam eo iret; et rem permiserunt sortibus. Cum sors autem venisset ad Cornelium, ille quidem recta vadit ad civitatem. Ejus autem præfectus erat quidam Demetrius, qui erat philosophus, et gentilium superstitionibus mire deditus, horrendum spirans adversus fidem Christianorum; et alios gentilium colens deos, maxime autem Apollinem et Jovem. Is cum accessisset de adventu Cornelii, cum statim accersit, et cur venisset, et unde, et quodnam esset ejus studium, interrogavit. Ille autem: Sum quidem, inquit, servus Dei vivi. Veni autem huc missus, ut te revocem a profundissimis tenebris ignorantiae, deducamque ad lucem veritatis, et purum radium agnitionis immittam in tuam animam. Horum ille ne pauca quidem intelligens, ira illico fuit repletus, sæveque repente loquitur et ferociter: Alia te rogavi, tu autem alia mihi respondens. Per deos omnes, si non singula dicis ad propositum, si non moderate et diligenter respondes, non parcam tuæ senectuti, non ignoscam tuæ ætati, non reverebor canitiem. Sed dic, et cui milites, et quam de causa accesseris.

V. Cornelius autem, Si velis, inquit, scire, quænam sit mea militia, sum quidem centurio. Et rursus apertius evolvit et explicavit ea quæ prius dicta sunt. Nam cum, inquit, accepissem, quod ipse et uxor tua, et quidquid est in tua ditio, in magnum errorem incidere, venio vos liberaturus a deceptione, et vos deducturus ad viam veritatis, et soli viventi Deo reconciliaturus, qui fecit cælum et terram, et a quo producta sunt, quæcunque sunt in ipsis, et cujus nutu ducuntur. Ad hæc Demetrius, Video te, inquit, jam senio esse confectum, et me tui miseret propter ætatem. Prolixas ergo nugas jubens valere (paucis enim tecum agam), accede et diis sacrificia. Cum ille autem rogasset, Quibusnam diis? Quibusnam aliis, inquit præfectus, nisi Jovi et Apollini? Sin autem recusaveris, scias fore, ut gravibus suppliciis et tormentis tradaris: neque ullus præter eos erit Deus adeo potens, qui te sit a meis erepturus manibus. Ille autem, Potest, inquit, Deus meus me non solum a malis conservare illæsum, et efficere ut sint hominum injuriis et insultibus superior, sed eos etiam destruere, quos tu deos no-

fuit.

(2) Scepsis regio est apud Plin. lib. v. cap. 30. Ejus fortassis primaria urbs Scepsis, quam Σκῆψιν vocat Ptolemæus tab. I, Asiæ, locatque in Mysia minori, quæ est ad Hellespontum. »

minas, evertereque et confringere illorum simulacra, eaque in pulverem redigere et in cinerem, et te vana, quam de illis concepisti, spe privare, et per agnitionem ad se traducere.

VI. Hæc cum respondisset Cornelius, jam juravi per omnes deos, inquit Demetrius, quod nisi moderate respondeas, et nisi diis obtuleris sacrificium, te gravia supplicia accipient et cruciatus: et nondum mihi credis? Rursus ergo dixit præclare Cornelius: Me recte dicentem audi, o iudex. Dæmonibus, et surdis ac inanimis simulacris ego nunquam sacrificaverim. Scriptum est enim: « Dii, qui cælum et terram non fecerunt, pereant⁵. » Et rursus: « Adorabis Dominum Deum tuum et ei soli servies. » Ego igitur veni, ut det vobis quoque Deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis, et resipiscatis a diaboli laqueo ad illius voluntatem. Sin autem tibi videtur, eos, quos dicis deos, ostende mihi. Hoc cum ille audiisset, valde lætatus est cum iis qui cum ipso erant, et bona spe sunt repleti, putantes stulti, se mox esse visuros Cornelium sacrificantem. Eis itaque mox fuit apertum templum Jovis, ut qui putarent Cornelium statim esse deo sacrificaturum. Cum itaque venisset id templum Cornelius, omnes illuc celeriter confluxerunt, non solum Demetrius, et ii qui eum assectabantur, sed ejus etiam conjux Evanthia et filius Demetrius: nam ipse quoque sic vocabatur. Cum itaque ad orientem genu flexisset, dixit ex animo Cornelius: Deus, qui conturbas terram, et montes transfers in cor maris; qui tempore Danielis famuli tui Belum evertisti, et draconem sustulisti, et ora obstruxisti leonibus, ut tuum servares famulum⁶; tu quoque nunc everte hæc simulacra, tam fusilia, quam sulptilia; et agnitionem præbe tuo populo, et sciant tuum esse brachium cum potentia. Tu es nostræ potestatis gloriatio. σχου τὴν σὴν ἐπίγνωσιν τῷ λαῷ σῶ, καὶ γνώτωσαν τῆς δυνάμεως ἡμῶν σὺ εἶ.

VII. Cum hæc esset precatus, egreditur e templo: simul autem cum eo egreditur etiam Demetrius, et quæcunque alia gentium convenerat multitudo. Evanthia autem et filius Demetrius adhuc manebant intus. Repente vero maximo quidem terræ motu Deus concutit civitatem: templum autem mox deturbatum, simulacra confringit, et in cinerem comminuit, et in pulverem, Demetriumque filium et matrem Evanthiam intus intercipit. Cum pater ergo Demetrius templi aspexisset eversionem, nondum autem accepisset uxorem et filium fuisse intus interceptos, ducitur quidem in iudicium divinus Cornelius, cogendus utique dicere causam eversionis. Ille autem lætus ingreditur, Deum alloquens, qui ei dabat vires, et magis exsultans propter hoc miraculum incredibile, quam propter thronum Demetrius, et propter illud excelsum et sublime tribunal. Præveniens autem interrogationem: Ubi nunc sunt, inquit, o Demetri, magni tui dii? Ille autem continuo, Quibusnam, inquit, magicis artibus et

⁵ Deut. x, 20. ⁶ Dan. iv.

τὰ ἐκείνων τε εἰδῶλα καταστρέψαι καὶ διακλάσαι καὶ τέφραν ἀποφῆναι καὶ κόνιν· καὶ σὲ τῆς ἐπ' αὐτοὺς κενῆς ἐλπίδος ἀποτῆσαι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἀναβιδάσαι δι' ἐπιγνώσεως.

Σ'. Ταῦτα τοῦ Κορνήλιου ἀποκριναμένου, Ἔμοσα πάντας ἤδη θεοὺς, ὁ Δημήτριος ἔφη, ὡς εἰ μὴ ἐπιεικῶς ἀποκρίνῃ, εἰ μὴ θυσίαν τοῖς θεοῖς προσενέγκῃς, χαλεπαί σε καὶ τιμωραὶ καὶ κολάσεις ἐκδέξονται· καὶ οὐ πιστεύσεις μοι ἔτι; Γενναίως τοίνυν αὐτῷ ὁ γεννητὸς Κορνήλιος, Ὀρθῶς ἐμοῦ λέγοντος, εἶπεν, ὦ δικαστὰ, ἄκουε· δαίμοσιν ἐγὼ καὶ κωφοῖς εἰδώλοις καὶ ἀψύχοις οὐκ ἂν ποτε θύσαιμι· γέγραπται γάρ, « Θεοὶ οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν· » καὶ πάλιν· « Πρὸς πυνήσεις Κύριον τὸν Θεόν, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. » Ἐγὼ τοίνυν ἦλθον ὅπως δῶ καὶ ὑμῖν ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψετε ἀπὸ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Εἰ δοκεῖ δέ, καὶ οὕς λέγεις ἐπίδειξόν μοι θεοὺς. Τοῦτο ἐκείνος ἀκούσας, πάνυ τε σφόδρα μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἦθη καὶ χρηστῶν ὑπεπλήροθησαν τῶν ἐλπίδων, οἰόμενοι ὅσον οὐπω οἱ μάταιοι θύσαντα ἴδεν καὶ Κορνήλιον· ἀμαεῖ καὶ θάπτειν αὐτοῖς ὁ τοῦ Διὸς νεὸς ἤνοικτο, οἷα παρελθεῖν εἴσω νομίζουσι τὸν Κορνήλιον καὶ τῷ Θεῷ θῦσαι. Εἰς τὸν νεὸν τοίνυν τοῦ ἀνδρός παρελθόντος συνέβησαν ἐκεῖ μετὰ σπουδῆς πάντες, οὐ Δημήτριος μόνον, οὐδὲ ὅσοι περὶ αὐτὸν ἦσαν, ἀλλὰ καὶ ἡ σύζυγος Εὐανθία, καὶ ὁ υἱὸς Δημήτριος· τούτῳ γάρ καὶ αὐτὸς ἐκαλεῖτο ὀνόματι. Κλίνας τοίνυν πρὸς ἀνατολὰς τὸ γόνυ μετὰ τῆς καρδίας Κορνήλιος, Ὁ Θεὸς εἶπεν, ταρασσὼν τὴν γῆν καὶ μετατιθεὶς ὄρη ἐν καρδίαις θηλασσῶν, ὁ τὸν Βῆλ ἐπὶ τοῦ σοῦ δούλου Δανιὴλ καταστρέψας, καὶ τὸν δράκοντα ἀνελών, καὶ τοὺς λέοντας φριμάσας, ἵνα τὸν οἰκετὸν σώσης θεράποντα, οὕτως καὶ νῦν τὰ εἰδῶλα καταστρέψον, ταῦτα τὰ χωνευτὰ καὶ γλυπτὰ, καὶ παράβη σὺς ὁ βραχίων μετὰ δυναστείας καὶ τὸ καύχημα

Ζ'. Ταῦτα προτευξάμενος ἔξεισι τοῦ νεοῦ, συνέξεισι δὲ αὐτῷ καὶ Δημήτριος καὶ ὅσον ἄλλο τῶν Ἑλλήνων πλῆθος συνεληλύθησαν· Εὐανθία μέντοι καὶ ὁ υἱὸς Δημήτριος ἔνδον ὑπέμενον ἔτι. Ἄφνω δὲ τὰ μέγιστα μὲν ὁ Θεὸς κατασεῖει τὴν πόλιν. Κατενεχθεὶς δὲ ὁ νεὸν αὐτίκα τὰ τε εἰδῶλα διαθρύπτει καὶ εἰς κόνιν λεπτόνει καὶ χροῦν, καὶ Δημήτριον τὸν υἱὸν ἔνδον καὶ τὴν μητέρα Εὐανθίαν ἀπολαμβάνει. Τοῦ πατρὸς τοίνυν Δημητρίου τὴν καταστροφὴν τοῦ νεοῦ θεασαμένου, μήπω δὲ μαθόντος, ὡς ἔρα καὶ ἡ γυνὴ ἔνδον καὶ ὁ υἱὸς ἐναπολειφθεῖεν, ἄγεται μὲν εἰς τὸ δικαστήριον ὁ θεὸς Κορνήλιος τὸ αἴτιον δῆθεν τῆς καταστροφῆς εἶπεν ἀναγκασθησόμενος. Ὁ δὲ φριδρῶς τε εἰσήει τῷ ἐνδυναμούντι αὐτὸν ἥρέμα διαλεγόμενος Ἰησοῦ, καὶ μέγα φρονῶν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τούτῳ θαύματι μᾶλλον ἢ ἐπὶ τῷ θρόνῳ Δημήτριος, καὶ τῷ μετεώρῳ ἐκείνῳ καὶ ὑψηλῷ βήματι. Καὶ προλαβὼν τὴν ἐρώτησιν· Ποῦ νῦν εἶσι, Δημήτριε, οἱ μεγάλοι σου θεοὶ ἔφη; Ὁ δὲ εὐθύς· Ποίαις, φησὶ, τῆς μαγγανείας, ἄθλια, καὶ τὸν νεὸν καταστρέψας

καὶ συνέτριψας τὰ ἀγάλματα ; ἀλλὰ βαρυτάταις σε οἱ θεοὶ ἅπαντες ἴστωσαν τιμωρίας ὑποβαλῶ. Καὶ αὐτίκα ἐσχέπητο τί ἂν ποιῶν πικροτάτην αὐτῷ τὴν κόλασιν ἐπάγοι. Ἐσπέρας δὲ ἤδη καταλαβούσης, καλεῖται δεθέντα χεῖρας ὁμοῦ καὶ πόδας τὸν ἅγιον ἀναρτηθῆναι παρὰ τῆ φυλακῆ, καὶ οὕτω παρ' ὅλην τὴν νύκτα διατελέσαι κρεμάμενον. Ταῦτα ἔφη, καὶ τὸν ἅγιον εὐθὺς εἶχεν ἡ φυλακῆ.

CAPUT III.

Scepsæorum conversio. S. Cornelii obitus.

II. Παρχρημα δὲ τῶν οἰκείων τις ἐπικαταλαμβάνει σπουδῆ Τελεφῶν τὸ ὄνομα. Ἡ δέσποτα, λέγων, ἡ δέσποινα ἢ ἐμῆ καὶ ὁ μονογενὴς υἱὸς διεφθάρησαν, ἐπικαταστρέψεντος αὐτοῖς τοῦ νεῶ. Δημήτριος οὖν εὐθὺς ἀκούσας περιεβρόχάζατο τὴν ἐσθῆτα καὶ πένθει μεγάλῃ συνείχετο. Μεταξὺ δὲ καὶ τὸν χοῦν εἰς τάχος τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἐκέλευεν ἐκφρεῖν, Ἔως τὰ τῆς ἀγαθῆς ἐμοῦ, λέγων, καὶ πιστῆς συζύγου καὶ τοῦ γλυκυτάτου παιδὸς τοῦ μονογενοῦς ἀνευρόντες ὁστέα, εἰς ἐμὰς χεῖρας κομίσσετε. Ταῦτα ὁμοῦ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε καὶ μετὰ τῆς φωνῆς ἔρροι τὰ δάκρυα, καὶ βρυχάτα ἔστενε, καὶ ἐπένθει, καὶ τοὺς ἐκείνου θεοὺς ἠτιῶτο, ὅτι ζῶν εἰς δεῦρο τετήρητο, τοιαύτην ἀγγελίαν ἀκούσαι πικράν. Περικαθισχυμένων δὲ αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει πρώτων καὶ τούτο μὲν συνθηρνούτων, τοῦτο δὲ καὶ παρεκαλούντων καὶ τὸ πάθος ἐπισθενῦειν αὐτῷ, καθόσον δυνατὸν ἦν, σπυδόντων, ὡς ἤδη καὶ ὁ κατὰ τοῦ Κορνηλίου αὐτοῖς μεμελέτητο θάνατος· ἀπήρτιστο δὲ καὶ τὸ μνήμα, ἐνθα ἡ σύζυγος μετὰ τοῦ παιδὸς ἔμελλεν ταφῆναι, ἀρχιερεῦς τις τῶν Ἑλλήνων θεῶν ὄνομα Βαρβάτος, ὁ καὶ τὴν ἀνγκάστριν τοῦ νεῶ ἐπιτετραμμένος πρὸς τοὺς τοῦ Δημητρίου ὑπηρέτας, ἤκει σπουδῆ (οὐ γὰρ παριέναι παρ' αὐτὸν διὰ τὸ πένθος συναχωρεῖτο), φωνὴν ἀναδίδουσαι τοῦ χόμουτος ἀπαγγέλλων Ἐβανθίας καὶ τοῦ υἱοῦ· τὴν δὲ φωνὴν ταῦτα διασημαίνειν· Μέγας ὁ θεὸς τῶν Χριστιανῶν, ὃς ἐβρόχάζατο ἡμᾶς ἐκ τοῦ κινδύνου τούτου διὰ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ Κορνηλίου, καὶ οὐ τελεία παραδεδῶκεν ἀπωλεία. Σπυδον τοίνυν καὶ σὺ, Δημήτριε, καὶ ἐξάγαγε τῆς φυλακῆς τὸν ἅγιον ἄνδρα τούτον, καὶ προσκύνησον αὐτῷ μετὰ πάντων τῶν ἐν τῷ οἴκῳ ἡμῶν καὶ τῶν ἐγγιζόντων ἡμῖν, καὶ δεήθητι αὐτοῦ, ὅπως ἐλθὼν ἐν τῷ καταλύματι τούτῳ σώσῃ ἡμᾶς καὶ ἐξαγάγῃ ἡμᾶς τοῦ χαλάσματος τούτου καὶ τοῦ βυθοῦ, ἵνα μὴ τέλειον ἀπολωμεθα. Μεγάλα γὰρ θυμάσια τοῦ Θεοῦ ἐνταῦθα ὀρωμεν, καὶ ἀγγέλων κραζόντων· Ἄδύξ ἐν ὑψίστοις Θεῶ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

III. Τούτων ἀκούσαντες οἱ ὑπηρέται, ἀποτρέχουσιν εὐθὺς ἅμα Βαρβάτῳ ἀρχιερεῖ πρὸς Δημήτριον, καὶ ἀπαγγέλλουσιν αὐτῷ μετὰ σπουδῆς ἕκαστα. Ὁ δὲ περιεῖναι ἔτι τὴν γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα πύθόμενος, μεστήν τε ἡδονῆς ἅμα καὶ σάλου τὴν καρδίαν εἶχε. Καὶ δρομαίως παρὰ τῆ φυλακῆ ἐλθὼν, καταλαμβάνει περιπατοῦντα τὸν θεῖον Κορνήλιον, βιβλίον τε διὰ χειρὸς ἔχοντα καὶ ταύτην τὸν θεὸν αἰτοῦντα. Ἄγγελος γὰρ αὐτῷ ἐπιπτώσας ἔλυσε τῶν δεσμῶν, καὶ

præstigiis templum evertisti, et statuas confregisti? Sed te gravissimis (sciant omnes dii) subjiciam suppliciis. Et statim consultabat, quidnam agens, cum acerbissimo afficeret supplicio. Cum jam autem adventasset vespera, jubet sanctum ligatis simul pedibus et manibus suspendi in custodia, et ita totam noctem manere suspensum. Hæc dixit, et statim sanctus fuit conjectus in carcerem.

VIII. Protinus autem venit propere quidam ex domesticis, nomine Telephon, dicens : Domine, domina mea et filius tuos unigena perierunt, cum terræ motu concussum fuit templum. Demetrius autem cum primum hoc audivisset, scidit vestem, et magno fuit luctu oppressus. Interim autem jussit suis pulverem quamprimum exportare. Donec meæ bonæ, inquit, et fidelis conjugis, et suavissimi unigenæ filii ossa inventa, in meas manus portaveritis. Hæc simul eis dicebat, et cum voce effluebant lacrymæ, et gravissime ingemiscebat et lugebat, et deos suos accusabat, quod vivus ad hoc usque tempus esset conservatus, ut audiret tam acerbum nuntium. Cum ei autem assedissent primates civitatis, et partim quidem simul lamentarentur, partim autem etiam consolarentur, et quoad ejus fieri posset, dolorem studerent extinguere, et jam de morte Cornelio inferenda agerent ; essetque perfectum monumentum, in quo sepelienda erat conjux cum filio ; pontifex quidam deorum gentium, nomine Barbatus, cui commissa fuerat templi repurgatio, propere venit ad famulos Demetrii (non enim permittebatur ad eum accedere propter luctum), renuntians, ex ruderum cumulo fuisse auditam vocem Evanthiæ et filii, vocem autem hæc significare : Magnus Deus Christianorum, qui nos eripuit ex hoc periculo per famulum suum Cornelium, et non nos dedit omnino exitio. Festina ergo tu quoque, Demetri, et virum hunc sanctum educ e custodia, et adora eum cum omnibus qui sunt in domo nostra, et iis qui sunt nobis propinqui : et roga ipsum ut veniens in hoc habitaculum, nos servet, et educat ex his ruinis, et e profundo, ne pereamus penitus : magna enim Dei hic videmus miracula, et videmur audire angelos clamantes : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas. »

IX. Cum hæc audivissent ministri, currunt protinus cum Barbato pontifice ad Demetrium, et ei singula diligenter renuntiant. Ille autem, cum accepisset esse adhuc superstitem uxorem et filium, cor plenum habuit lætitiæ simul et perturbatione : et cursim veniens in custodiam, offendit divinum Cornelium ambulans, et librum in manu tenentem, et sic Deum laudantem : Angelus enim ad eum accedens, ipsum solverat a vinculis : et cum mul-

titudine, quæ simul concurrerat, cadens ad ejus A pedes, exclamavit : Magnus est Deus Cornelii, qui meam conjugem Evanthiam et filium Demetrium liberavit a templi eversione : et simul sanctum oravit, dicens : Serve Dei altissimi, credimus in Crucifixum, quem tu prædicas, et ipse, et omnes qui sunt mecum, si veneris, et uxorem vivam, et filium illinc eduxeris. Ille autem, Accipite, inquit, prius Christi signaculum, et tunc veniam vobiscum, et dabitur vobis cordis vestri desiderium. Protinus itaque Demetrius cum omnibus qui cum ipso erant, cum rursus dixissent, Magnus est Deus Christianorum, baptismum suscipiunt.

X. Deinde cum eos assumpsisset Cornelius, stetit super habitaculum, et ad orientem oculos tollens in B cælum, inquit : Domine Deus virtutum, qui respicis super terram, et facis eam tremere; qui aspectu tuo montes liquefacis, et visitatione tua exsiccas abyssos; ipse es, Domine : ipse exaudi gemitum victorum, et educ e terra Evanthiam, et ne avertas faciem tuam a filio ejus : sed attende animæ eorum, et libera eos propter nomen tuum. Hæc cum precatus esset Cornelius, et qui circumstantabant dixissent, Amen, continuo terra divisa, incolumem matrem emittit cum filio. Et illico clamant cum circumstantibus: Magnus es, Deus Christianorum, qui nos a deceptione, et ab hac acerba morte liberasti per tuum famulum Cornelium, et tuam potentiam et brachium nobis notum reddidisti. Simulque ducenti et septem Christo accesserunt. C

Exhinc autem ad Cornelium sedentem in quodam loco, qui vocatur Stadium, et docentem eos qui accedebant, Demetrius et Evanthia ventitabant cum filio. Sed et reliqui quoque gentiles non jam amplius gentiles, quippe spinis incredulitatis a corde suo expurgatis, ut terra bona, susceperunt semen pietatis, et baptismo fuerunt obsignati.

ἀπιστίας ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν καρδίας καθάραντες, ὡς περ τῷ βαπτίσματι ἐσφραγίσθησαν.

XI. Atque ille quidem, postquam Christo universam obtulisset civitatem, et errorem expulisset, et verbum pietatis in ea seminasset, effectus plenus dierum spiritualium, ferventius vocabat orationi, et totus in ea versabatur, ad nihil ex iis, quibus in præsentia vita studetur, suos attollens oculos. Deinceps autem ei quoque suus revelatur excessus, ad quem toto animæ oculo spectabat, et erat paratus : et de superis vocem audit dicentem : Corneli, veni ad me. Ecce enim est tibi parata corona justitiæ. Quid deinde? Cum omnes, quos obtulerat, Christianos convocasset, et eos perfectius pietatem docuisset, et firmiter doctrinæ adhærere præcepisset, et se postremo totum ad precandum collegisset, flectit genu, et : Domine Deus noster, inquit, qui me dignum fecisti, ut fidem conservarem, et ut certamen peragerem, et vincerem adversarium, ago tibi gratias : sed ad tuos servos e cælo aspice, et eos suscipe a sancta tua altitudine, et eos tua con-

πιστῶν ἅμα τῷ συνδεδραμηκότι πλήθει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ, Μέγας ὁ Θεὸς, ἔγραψε, Κορνηλίου, ὃς ἐβόσαστο τὴν ἐμὴν σύζυγον Εὐανθίαν καὶ τὸν υἱὸν Δημήτριον ἀπὸ τῆς καταστροφῆς τοῦ ναοῦ· καὶ ἅμα ἔδαιτο τοῦ ἁγίου· Δούλε τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, λέγων, πιστεύομεν εἰς τὸν Ἐστχυρωμένον, ὃν σὺ κηρύσσεις, καὶ αὐτὸς, καὶ πάντες οἱ μετ' ἐμοῦ, ἐὰν ἐλθῶν τὴν γυναῖκα ζῶσαν καὶ τὸν υἱὸν ἐκεῖθεν ἐξαγάγῃς. Ὁ δὲ· Λάβετε, ἔφη, πρότερον τὴν ἐν Χριστῷ σφραγίδα, καὶ τηρικῶτα ἐλεύσομαι μεθ' ὑμῶν, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῆς καρδίας ὑμῶν δοθήσεται ὑμῖν. Εὐθὺς οὖν Δημήτριος μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ πάντων· Μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, καὶ πάλιν εἰπόντες, τὸ βάπτισμα δέχονται.

Γ'. Εἶτα παραλαβὼν αὐτοὺς ὁ Κορνήλιος, ἔστη ἐπὶ τῷ καταλύματι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κατὰ ἀνατολὰς εἰς τὸν οὐρανὸν ἤρξε· Κύριε, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, εἶπεν, ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν, ὁ τῷ βλέμματι σου τήκων ὄρη καὶ τῇ ἐπισκοπῇ σου ξηραίνων ἀβύσσους, αὐτὸς εἶ Κύριος καὶ αὐτὸς εἰσάκουσον τοῦ στεναγμοῦ τῶν πεπεδημένων, καὶ ἐξάγαγε Εὐανθίαν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτῆς, ἀλλὰ πρόσχεε τῇ ψυχῇ αὐτῶν, καὶ λύτρωσαι αὐτοὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. Ταῦτα τοῦ ἱεροῦ Κορνηλίου εὐξάμενου καὶ τῶν περιεστῶτων τὸ Ἄμην ἐπιφωνησάντων, διασχοῦσα ἡ γῆ εὐθέως, ὑγιᾶ τὴν μητέρα μετὰ τοῦ παιδὸς ἀνχολίδωσι· καὶ αὐτίκα, Μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν, μετὰ τῶν περιεστῶτων καὶ ἔτι ἐδῶον, ὁ τῆς ἀπάτης ἡμᾶς καὶ τοῦ πικροῦ τούτου θανάτου διὰ τοῦ σοῦ θεράποντος Κορνηλίου ἐλευθερώτας, καὶ τὴν σὴν δυναστείαν καὶ τὸν βραχίονα γνωρίσας ἡμῖν· Καὶ ἅμα εἰς ἑπτὰ καὶ διακοτίους συνέθεντο τῷ Χριστῷ. Ἐξ ἐκείνου τοῖνον ἐπὶ τινος τόπου Σταδίου κηλουμένου καθημένῳ τῷ Κορνηλίῳ καὶ τοὺς προσιόντας διδάσκοντι, Δημήτριός τε καὶ Εὐανθία μετὰ τοῦ παιδὸς ἐφοίτων, καὶ οὐδὲ οἱ λοιποὶ Ἕλληνας ἔτι Ἕλληνας ἦσαν· ἀλλὰ τὰς ἀκάνθας καὶ οὗτοι τῆς γῆ ἀγαθὴ τὸν τῆς εὐσεβείας ὑπεδέξαντο σπόρον, καὶ

ΙΑ'. Ὁ μὲν οὖν ἐπεὶ τὴν πόλιν ἐκείνην πᾶσαν Χριστῷ προσήνεγκε καὶ τὴν πλάνην ἀπήλασε, καὶ τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας κατέσπειρε, πλήρης ἡμερῶν γενόμενος τῶν τοῦ Πνεύματος, εὐγῆ καὶ δεήσει θερμότερα προσέκειτο, καὶ ὅλος ἦν τῆς ἐκεῖθεν διαγωγῆς, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν τῇ παρούσῃ ζωῇ σπουδαζομένων μεταωρίζων τὸν ὀφθαλμόν. Ἐντεῦθεν καὶ τὴν ἐκδημίαν μουσῆται, πρὸς ἣν ὄλον τῷ τῆς ψυχῆς ὀνυματι ἐώρα καὶ παρεσκεύαστο· καὶ φωνῆς ἀνωθεν ἀκούει λεγούσης· Κορνήλιε, ἔρχου πρὸς με· ἰδοὺ γὰρ ἡτοίμασται σοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, καὶ τὸ ἐξῆς· ὅσους ἐκεῖνος προσήνεγκε Χριστιανούς προσκαλεσάμενος πάντας καὶ τελειώτερον αὐτοὺς τὰ τῆς εὐσεβείας ἀναδιδάξας, καὶ ὀσφαλῶς ἔχουσιν τῆς διδασκαλίας παραγωγῆς· εἶτα καὶ ὄλον συναγαγὼν ἐχυτὸν τελευταίον εἰς προσευχὴν κλίνει γόνυ, καὶ· Κύριε, ὁ Θεὸς ἡμῶν Δέσποτα, ἔφη, ὁ τὴν πίστιν τηρήσαί με καταξιώσας καὶ τὸν ἀγῶνα τελέσαι καὶ νικῆσαι τὸν ἀντικείμενον, εὐχαριστῶ σοι. Ἄλλ' ἐπίδε

καὶ ἐπὶ τοὺς σοὺς δούλους ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἀντιλαβοῦ
αὐτῶν ἐξ ὕψους ἁγίου σου καὶ τῆ σῆ αὐτοῦ ὁμολο-
γία καὶ τῷ ὀνόματι στήριξον, ὅπως ἀδιαλείπτως
δοξάζωσι τὸ σὸν ὄνομα τὸ πανάγιον, νῦν καὶ εἰς τοὺς
αἰῶνας· καὶ πάντων εὐθέως τὸ Ἄμην ἐπιφωνησάν-
των, τὸ πνεῦμα χαίρων τῆ καλοῦντι παρέθετο.

IB'. Δημήτριος μένει σὸν Εὐανθία καὶ τῷ υἱῷ
Χριστιανοῖς τε πᾶσι τοῖς συνειλεγμένοις καὶ σὺ
πρεσβυτέρῳ Εὐνομίῳ τῆ τοῦ διδασκάλου ἐκδημία τὰ
εἰκότα ἐπιδακρόσαντες, εἶτα καὶ κηροῦς ἀναψάμενοι
καὶ ὕμνους ἐξιτηρίους ἐπάσαντες καὶ ὅσα Χριστια-
νοῖς ἐν νόμῳ τελέσαντες, πρὶ αὐτῷ τῷ καταστρα-
φέντι ναῶ τοῦ Διὸς ἐν τῆ καινῇ σορῷ τοῦτον κατ-
έθεσαν, ἥτις ὑπὸ Δημητρίου τῆ συζύγῳ πρότερον
κατεσκευάστο. Βάτον δὲ ἡ γῆ εὐθέως ἀνέδωκε μεγί-
στην καὶ τὴν σορὸν κύκλῳ περιεσκέπασεν, ὡς B
μηδένα τοῦ λοιποῦ εἰδένοι, μηδὲ ὅτι σορὸν ἔνδον εἶη,
πλὴν μόνων τῶν μετὰ Δημητρίου τότε διακονησαμέ-
νων πρὸς τὴν τρυφήν. Οἱ δὲ τῆ βάτῳ φοιτῶντες ἐκά-
στοτε ἱερά τε ἄσπρα καὶ ἡδον καὶ θυμιαμάτων μεστὸν
καὶ εὐωδίας τὸν ἐπ' αὐτῇ ἀέρα ἐδείκνυον· τὰ θύ-
ματα μέντοι συχνὸν ἐκεῖθεν ἐπήγαγε χρόνον, ὡς
δοκεῖν τοῖς πολλοῖς ὅσους ἔνδον ὁ μαθητὴς ἐλάνθανε
καίμενος, θεῖόν τι καὶ νῦν τὴν βάτον αἰνίττεσθαι,
ὥσπερ δὲ καὶ ἐπὶ Μοῦσεως ἐγένετο πρότερον.

fessione et nomine stabili et confirma, ut sine
intermissione sanctissimum tuum nomen glorifi-
cent, nunc et in sæcula sæculorum. Et cum om-
nes, Amen, continuo exclamassent, spiritum
libens ei qui vocabat tradidit.

XII. Atque Demetrius quidem et Evanthia(3), cum
filio et Christianis omnibus congregatis, et presby-
tero Eunomio, cum magistri excessum, ut par erat,
deplorassent, et deinde cereos accendissent, et hy-
mnos, qui dici solent in excessu, cecinissent, et quæ-
cunque de more Christiani faciunt, peregissent ;
apud ipsum eversum Jovis templum eum in novo
loculo deposuerunt, qui prius a Demetrio fuerat
constructus conjugi. Rubum autem maximum ter-
ra continuo edidit, et in orbem textit loculum, adeo
ut nullus sciret de cætero, quod intus esset loculus,
præter eos solus qui cum Demetrio tunc inservie-
runt ad sepulturam. Qui quidem ad rubum quoti-
die ventitantes, sacra canebant cantica suffitibus-
que et bono odore replebant, qui super ipsum erat,
aerem. Atque miracula quidem illinc frequenter
scatebant, adeo ut multis videretur, qui nescie-
bant intus jacere martyrem, nunc quoque divinum
aliquod rubus significare, sicut tempore Mosis
prius factum fuerat.

CAPUT IV.

S. Cornelii inventio, translatio, imago.

IC'. Οὐκ ὀλίγῳ δὲ ὕστερον καὶ ὁ Δημήτριος ἀπεβίω, C
καὶ πολλοὶ τῶν ὑπὸ Κορνηλίου τῷ θεῷ τελειωθέν-
των βαπτίσματι καὶ αὐτοὶ οἱ μὲν τὸν βίον ἀπέλιπον,
οἱ δὲ καὶ πρὸς ἑτέρας χώρας ἐφοίτησαν. Εἶτα Σι-
λωνῶ τινι ἀσπαζομένῳ τε ἀρετὴν ἀνδρὶ καὶ θεοφι-
λεῖ, ὃς τῆ Τρωάδι ἐπεσκόπει. γενομένης ποτὲ κατὰ
τὴν Σκεψαίων πόλιν, ὁ θεὸς ἄναρ Κορνήλιος ἐπιστάς·
Πολὺν, ἔλεγε, χρόνον ἐνταῦθα οἰκῶ, καὶ οὐδεὶς ἐπ-
εσκέφατό με, πλὴν μόνων τῶν ὑπ' ἐμοῦ βαπτισθέν-
των. Ἀνασκοποῦντι μεθ' ἡμέραν τῷ ἐπισκόπῳ καὶ
τὸ ὄνειρον οὐκ ἔχοντι συμβῆλαιν, φοιτήσας οὐτῷ
πάλιν ὁ ἅγιος εἰς τὴν ἐπιούσα νύκτα· Ἐγὼ εἰμι
Κορνήλιος ὁ ἑκατοντάρχης, εἶπεν· ἔστι δὲ μοι καὶ
οἶκος πλησίον τοῦ ναοῦ τοῦ Διὸς ἐν τῆ βάτῳ· ἀλλὰ
σὺ εὐκτῆριον ἕτερον παρὰ τῷ ταῦ Δημητρίου τόπῳ
τοῦ δούλου τοῦ θεοῦ οἰκοδόμησον· καλεῖται δὲ Παν- D
δόχετον ὁ τόπος, ἐνθα καὶ πολλὰ τῶν ἤδη τελειωθέν-
των ἁγίων ἀδελφῶν κατάκεινται σώματα.

IA'. Ἐωθεν οὖν ὁ μὲν ἐπίσκοπος διὰ τὸ πολλοῖς
τὸ Πανδοχεῖον πάντοθεν διωρούχθαι τάφοις, ἐτέρωθεν
τὸν ναὸν οἰκοδομεῖν ἐσκέφατο· ἀλλ' ὁ ἅγιος οὐκ

(3) S. Evanthia collitur a Græcis 1 Septembr. ut
videre est in Menol. et Menæis. Hæc an alia sit,
non est unde colligamus.

(4) S. Silvani ep. Philippopolis in Thracia, deinde
Troadis, vitam, ex Hist. eccl. Socratis lib. vii, cap. 36,
dabimus 1 Decembris, ad quem diem Romano Mar-
tyrologio inscriptus est. Cum fuerit is ad Philippo-
polis cathedram a S. Attico evectus, et ab eodem ad
Troadensem translatus, qui, ut 8 Januar. diximus,

XIII. Non multo post autem e vita etiam excessit
Demetrius, et multi ex iis qui a Cornelio fuerant
divino initiati baptismo, ipsi quoque partim e vivis
decesserunt, partim autem profecti sunt in alias
regiones. Itaque cuidam Silvano (4), viro pio, et qui
virtutem amplectebatur, et erat episcopus Troadis,
cum venisset aliquando in civitatem Scepsæorum,
divinus in somnis apparens Cornelius: Longo, di-
xit, tempore hic habito, et nullus me visitavit, præ-
ter eos solos qui a me fuerunt baptizati. Cum ita-
que interdiu hæc mente consideraret episcopus, et
quid sibi vellet somnium, non posset conjicere ;
nocte sequenti ad eum rursus veniens sanctus,
Ego sum, inquit, Cornelius centurio ; est autem
mihî domus prope templum Jovis in rubo. Sed tu
ædifica alterum oratorium prope locum Deme-
trii (5) servi Dei. Vocatur autem locus Pando-
chium (6) : quo in loco sita sunt multa corpora
sanctorum fratrum jam consummatorum.

XIV. Mane ergo episcopus quidem, propterea
quod in Pandochio essent omni ex parte infossa
multa sepulcra, in snimo habuit templum alibi æ-

decessit Theodosio Juniore xi et Valentiniano coss. ?
id est anno Christi 425, hinc patet quando hæc S.
Cornelii inventio et translatio contingere potuerit.

(5) Hinc videtur colligi posse, ipsum quoque De-
metrium in sanctis numeratum: ast in nullo adhuc
Martyrologio eum reperimus.

(6) Πανδοχεῖον dicitur vulgo diversorium, quod
omnes capiat.

dificare: sed Sanctus non permisit. Cum ergo clerum qui sub eo erat, congregasset. Filii, inquit, mihi magnus revelatus est thesaurus: sed adeste, eum tollamus. Hoc cum illi audissent, prompto et alacri animo omnes processerunt, et episcopum libenter sunt secuti. Cum autem pervenissent ad rubum, statim dixerunt clerici episcopo: Gratia quædam huc advolat divina, o domine, et multos scimus huc confluisse, et fuisse liberatos a morbis, et malis dæmonibus, et ascripsisse rubo sanationem. Sed sive sit in rubo, seu sub rubo thesaurus, quis eum poterit excidere, et tollere, cum fieri non possit, ut secetur propter magnitudinem, et alioqui nec sic attrectatu facilis, ut qui sit multis terribilis propter miraculorum operationem? Cum autem precatus esset episcopus, et crucem fixisset in terram, et manum rubo injecisset, ipsas excidit radices. Animo itaque confirmati clerici, opus continuo sunt aggressi: et convellebantur rubus, tanquam herba quædam mollis, neque erat amplius rubus: sed et capsula continuo apparebat, et adhuc valde instabat episcopus, urgens fossionem. Cum autem jam advenisset vespera, precatus episcopus rursus clero nocturnam cantare psalmodiam, hymnisque, lampadibus et suffitibus honorabant capsam.

XV. Cum vero sumptuum quoque inopia ad ædificandum templum, sollicitum et animo perplexum teneret episcopum; eam quoque solvit Sanctus dubitationem: et cuidam ex divitibus viro pio apparens, cui nomen erat Eugenius, mandat ei templi ædificationem, et describit ei ædificiæ figuram et magnitudinem. Mane ergo Eugenius veniens ad episcopum, ei renuntiat visionem, et operi statim præficit ædificatores, cum eis prius descripsisset et significasset templi altitudinem et longitudinem, et aditum altaris eis jussisset latitudine fieri capsæ æqualem: ei enim visum fuerat deponere capsam intra aram.

XVI. Postquam autem templum fuit cito perfectum, hoc quoque Deo faciente miraculum in locum, qui dicitur Trigoni, venientes ædificatores (hic enim Silvanus episcopus peragebat festum B. Andreæ Apotoli), ei significabant perfectum esse ædificium: et Jam tempus est, aiunt transferri capsam, priusquam ingressui imponatur superliminare. Sic enim facilius introducetur. Continuo ergo episcopus, cum simul cum pio Eugenio sacrum sumpsisset Evangelium, fuis prius precibus, simul et Trisagium cœpit canere, et cum eo omnes simul eundem hymnum concinebant: et cgressi sunt supplicantes. Deinde etiam capsula (o magna tua, Domine, miracula!) secuta est tanquam animata, nemine omnino eam movente, nec tangente. Et omnes quidem primo propter summam admirationem, nec miraculo quidem, quod cernebant, volebant credere: deinde quasi essent adducti in exstasim, exclamaverunt: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus

ἀνεί. Τὸν ὑπ' αὐτῷ τοίνυν κλῆρον συναγαγὼν, θησαυρός μοι, τέκνα. ἔφη, ἀποκεκάλυπται μέγας· ἀλλὰ δευτε, καὶ ἀνελώμεθα τοῦτον. Τοῦτο ἐκεῖνοι ἀκούσαντες, πρόθυμοί τε ὄρησαν πάντες, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ ἠδέως εἶποντό. Ὡς δὲ τὴν βάτον αὐτὴν καταλάβοιεν, εὐθὺς οἱ τοῦ κλέρου πρὸς τὸν ἐπίσκοπον· Ἐφίπταται τις ἐνταῦθα θειοτέρα χάρις, εἶπον, ὦ Δέσποτα· καὶ πολλοὺς ὥδε συρρέουσοντας ἴσμεν καὶ νόσων τε καὶ πονηρῶν δαιμόνων ἀπαλλαγέντας. Ἄλλ' εἰ καὶ ταύτης ἔνδον εἶ καὶ ὑπὸ τὴν βάτον ὁ θησαυρός· τίς ἂν ἐκτεμεῖν αὐτὴν δύνατο, ἔφησαν, καὶ τοῦτον ἄραι τμηθῆναι τε οὐσαν διὰ τὸ μέγεθος ἀδύνατον καὶ ἄλλως οὐ βῆδῖαν ψαῦσαι φοβεράν τοις πολλοῖς οὐσαν διὰ τὴν τῶν θαυμάτων ἐνέργειαν· εὐξάμενος οὖν ἐπίσκοπος τῷ Θεῷ καὶ τὸν σταυρὸν πρὸς τῇ γῆ πῆξας καὶ τὴν χεῖρα τῇ βάτῳ ἐπιδαλῶν, αὐταῖς ἐξέτεμε ρίζαις· καὶ θαρσήσαντες οἱ τοῦ κλήρου εὐθὺς ἔργου καὶ αὐτοὶ εἶχοντο καὶ ἡ βάτος οἷά τις ἀπαλὴ βοτάνη ἐτίλλετο, καὶ οὐκ ἔτι βάτος ἦν· ἀλλ' ἡ σορὸς τε ἐν ὀλίγῳ εὐθὺς ὑπεφαίνετο, καὶ ὁ ἐπίσκοπος πολὺς ἐπέκειτο ἔτι τὴν ἀνόρουξιν ἐπισπεύδων· Ἐσπέρας δὲ ἤδη ἐπιγινομένης, προσευξάμενος ὁ ἐπίσκοπος καὶ αὐθις πάννουχόν τε ψαλμῳδίαν παραγγέλλει τῷ κλήρῳ καὶ ὕμνοις παρ' ὄλην τὴν νύκτα καὶ λαμπάσι καὶ θυμιάμασι τὴν σορὸν ἐτίμων.

14'. Ὡς δὲ καὶ ἡ τῶν ἀναλωμάτων πρὸς τὴν οἰκοδομήν· τοῦ νεῶ ἀπορία φροντίδι τὸν ἐπίσκοπον καὶ ἀμηχανία ἐδίδοι, λύει καὶ ταύτην ὁ ἅγιος καὶ τινι τῶν πλουτούντων ἐπιφανεὶς εὐσεβεὶ ἀνδρὶ, ὄνομα Εὐγενίῳ, αὐτῷ τὴν τοῦ νεῶ οἰκοδομήν ἐπισκῆπτει καὶ τὸ της οἰκοδομίας σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος διαγράφει. Ἐῶθεν τοίνυν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ὁ Εὐγενίος ἀφικόμενος· ἀπαγγέλλει αὐτῷ τὴν ὄψιν, καὶ οἰκοδόμους αὐτίκα τῷ ἔργῳ ἐφίστησιν, ὑποτυπώσας πρότερον αὐτοῖς καὶ διασημάνας τὸ τε τῆς οἰκοδομῆς ἀνάστημα καὶ τὸ μῆκος καὶ τὴν εἴσοδον τοῦ θυσιαστηρίου ἴσην τὸ πλάτος αὐτοῖς τῇ σορῷ ἐπιτάξας· ἐδέδοκτο γὰρ αὐτῷ, εἶσω τοῦ θυσιαστηρίου τὴν σορὸν καταθεῖναι.

15'. Ἐπεὶ δὲ ὁ ναὸς εἰς τάχος ἀπῆρτιστο, Θεοῦ καὶ τοῦ θαυματουργοῦτος ἐν χωρίῳ Τριγώνοις οἱ οἰκοδόμοι γενόμενοι· ἐνταῦθα γὰρ ὁ ἐπίσκοπος Σιλβανὸς τὴν τοῦ μακκαρίου ἀποστόλου Ἀνδρέου πανηγυρίαν ἐτελεῖτο· τὸ τέλος τε αὐτῷ μηνύουσι τῆς οἰκοδομίας καί· Ὡρα ἤδη, φασί, τὴν σοφὸν μετακομισθῆναι· βῆρον γὰρ ἂν οὕτω εἰσενεχθεῖη. Εὐθὺς οὖν ὁ ἐπίσκοπος ἅμα τῷ εὐσεβεὶ Εὐγενίῳ τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον ἀναλαβὼν, εὐχῆς πρότερον γενομένης, ὁμοῦ τε τὸ Τρισάγιον ἤρξαντο ἄδειν· καὶ ὁμοῦ πάντας αὐτῷ τὸν ὕμνον συνῆδον καὶ λιτανεύοντες ἐξῆσαν· εἶτα καὶ ἡ σοφὸς (ὦ σὼν μεγάλων σου, Δέσποτα, θαυμασίων!) οἷά τις ἔμψυχος εἶπετο καὶ αὐτῇ, μηδεὶς ὑποκινούντος μηδὲ ἀπτομένου τὸ παράπαν αὐτῆς, μηδὲ θίγοντος· καὶ πάντες ὑπὸ τοῦ σφόδρα θάμβους πρῶτα μὲν οὐδὲ ὀρωμένῳ τῷ θαύματι πιστεύειν ἤξιοιεν. Ἐπειτα ἐξετετηκότες, Ἄγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ, ἔκραζον· ὁ διὰ τοῦ σοῦ θεράποντος Κορνηλίου τὰ σὰ θαύμασια καὶ τὰς δυνά-

στείας ἡμῶν φανερώσας· ἐντεῦθεν καὶ οἱ περιλει-
φθέντες τῶν Ἑλλήνων ἐπίστευσαν.

ΙΖ'. Καὶ ἡ λιτὴ πάλιν ἐπὶ τὸν ναὸν ἐχώρει καὶ ἡ
σορδὸς εἴπετῷ. Ἐπεὶ δὲ ὡς τὸν ναὸν ἀφίκοντο, οἱ μὲν
ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἕστησαν, ὁρῶντες ὅποι τε ἡ σορδὸς
προβήσεται καὶ ποῖ στήσεται. Ἡ δὲ διὰ μέσῳ αὐτῶν
καὶ τῆς πλαγίας πύλης ἐλθοῦσα τῆς δεξιᾶς, ἕστη
πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ μηχανῆς ἀπάσης γε-
νομένης, ὥστε αὐτὴν εἰσῶ τοῦ θυσιαστηρίου μετ-
ενεγκεῖν. Ἡ δὲ ἐμετακίνητος καὶ εἰς ἔτι μόνει, θη-
σαυρὸς θαυμάτων οὐκ ἐπιλείπων, ἀπόλαυσις πολλῆς
πνευματικῆς ὠφελείας καὶ χάριτος.

ΙΗ'. Σιλβανίου δὲ τοῦ ἐπισκόπου τελευτήσαντος,
τὴν μὲν Τρωαδέων ἐπισκοπὴν Ἀθανάσιος, τὴν δὲ Β
Σκεψαίων Φιλοστόργιος ἐχειρίζονται. Ἐπεὶ δὲ καὶ
ὁ φιλευσέβης ἐκεῖνος Εὐγένιος κατέλυσε καὶ αὐτὸς
τὸν βίον, προτρέπεται τινα ζωγράφον ὁ Φιλοστορ-
γιος, πάντο τε γράψαι τὸν ναὸν καὶ τὴν τοῦ Κορνι-
λίου εἰκόνα σπουδαίως ἐν αὐτῷ ἐκτυπῶσαι, καὶ ὡς
δυνατὸν σὺν ἀκριβείᾳ κεκοσμημένην, ὅπως γηρῶν
τε ἤδη γραφεῖν καὶ ἐστυῶν παντάπασιν ἐδίκως· ἐδείκτο
οὖν ὁ Ἐγκράτιος τοῦ ἀγίου (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ
ζωγράφῳ) ἐκκαλύψαι αὐτῷ τὴν οὐκ εἰδὴν ἰδέαν, ὡς
ἂν ἐπιτυχῶς τε αὐτὴν καὶ πρὸς ἀκριβείαν γράψει
καὶ ἅμα ἐδυσχέραινε ἐπὶ τῇ τοῦ ἐπισκόπου ἐντελῇ,
καὶ τινὰς οὐκ εὐφύμους, καὶ πρὸς τὸν ἅγιον ἠφίει
φρωνας, ἀπορούμενος πάντοθεν καὶ δεινῶς ἀλύων διὰ
τε τὴν ἐκείνου τῆς ἰδέας ἄγνοιαν, καὶ τὸ μὴ ἔχειν,
ὅπως ἂν τῶν τῆς ὕψους χαρακτῆρων ἐφίκοιτο. Ποτὲ C
ἀκηκοότες, ἔβριψαν ἑαυτοὺς σὺν τῷ πατρὶ τῆς κόρης
εἰς τὸ ἔδαφος βοῶντες· Ἐλέησον, δοῦλε τοῦ θεοῦ τοῦ
ὑψίστου, καὶ συγχώρητον· ὁ πάντων γὰρ δεσπότης
καὶ Σωτὴρ Χριστὸς προορᾷ διὰ σοῦ καὶ τὰ μακρὰν
λεγόμενα καὶ πραττόμενα, ὡς οἰκῶν ἐν σοὶ τῷ θερά-
ποντι αὐτοῦ. Τὴν οὖν ἐμῶριθῆσαν πρᾶοτητα καταστεί-
λας ὁ μακάριος, προσκαλεσάμενος τοὺς πάντας πλη-
σίον, ἔλεγε τῷ πατρὶ αὐτῆς· Εἰ καὶ τοὺς λοιποὺς
μισθοὺς παρέχω, ὡς ἔφησ, ἀπὸ τριῶν καὶ ἕξ φόλλεων,
τῇ θυγατρὶ σου πόδον δέδωκα; Ὁ δὲ πάλιν κλαίων
σφοδρῶς, ῥίψας ἑαυτὸν συγχώρησιν ἐζητεῖτο.

ΙΖ'. Ἐπευξάμενος τοίνυν ὁ μακάριος καὶ τὸν ἐν

A ne verbum quidem locutus. Quamobrem postquam
fuit dimissus, ploribus rursus maledictis beatum
Auxentium insectatus est incredulus, ut qui gloriæ
causa, et non virtutis quidquam faceret.

XV. Cum ipsi autem ad Hemerum descende-
rent ad navigandum (hoc est autem emporium
Chalcedonis) puer increduli fit obviam scissa tu-
nica, ejulans et lamentans. Cum vero causam
sciscitatus ejus dominus, non quam primum in-
tellexit, puero præ timore et mœrore id quod
acciderat narrare differente, hoc autem solum di-
cente, Res mala nobis accidit, o domine, acrius
et vehementius respondens ejus dominus, dixit :
Dic, quid sit : furtumne in me est admissum, an
passus sum incendium? Puer dicit : Nequaquam :
sed filia tua domi graviter vexatur a dæmone, adeo
ut nos eam non possimus superare. Tunc ille, sti-
mulo motus conscientiæ, cœpit faciem percutere,
et vellere capillos, et magna voce clamare : Væ
meæ incredulitati. Eo autem se diu lacerante et
lamentante intolerabiliter, alter, qui cum ipso
erat fidelis, dixit ei sicut Servator Jairo 10 : So-
lum crede, et salva erit puella. Cum ille vero in-
credulitatem perfecta fide correxisset propter
hanc occasionem, et clamaret : Credo, Domine,
fer opem meæ incredulitati : trajicientes simul
venerunt domum. Qui cum vidissent calamitatem,
et puellam quæ vexabatur intolerabiliter, et invo-
cantem beatum Auxentium, clamabant omnes cum
fletibus et ejulatibus. Deinde dicit amicus patri
puellæ : Age, o amice, quomodocunque poterimus,
eam vinciamus, et transmittentes deferamus ad
sanctum virum, cum ipse a Deo possit impetrare
ejus curationem.

XVI. Cum hoc autem fecissent, et viro sancto
appropinquarent, puella cœpit efferari, et miran-
dum in modum furere, et latrare ut canis, et pe-
rinde ac si traheretur ab aliquo, majori cursu
currere. Cum vero pervenisset ex adveaso fenest-
ræ cellæ beati, constitit, et ibi graviter torqueba-
tur. Et qui sequebantur, cum valde deflerent cala-
mitatem, et ipsa valde vexaretur, aperiens fenest-
ram sanctus Pater noster Auxentius, et eam gra-
viter aspiciens, dixit, Tribus obolis aut sex obolis.
Qui autem aderant, cum iterum hanc vocem a
sancto dictam audiissent, se cum patre puellæ hu-
mi projicerunt, clamantes : Miserere, serve Dei al-
tissimi, et ignosce. Omnium enim Dominus et Ser-
vator Christus per te prævidet ea quæ per te di-
cuntur et fiunt, ut qui in te habitat, qui es ejus
famulus. Beatus itaque, mansuetudine reprimens
severitatem, omnibus prope accersitis, dixit patri
puellæ : Si etiam reliquis, ut tu dixisti, mercedem
præbeo ex tribus et sex obolis, filiæ tuæ quantum
dedi? Ille autem rursus flens vehementer, se pro-
jiciens in terram, petebat veniam.

XVII. Cum itaque esset precatus beatus Auxentius,

et crucem quæ super baculum erat in ejus manibus, misisset per unum ex iis qui apud eum perseverabant, fecit cessare puellæ vexationem, et docuit omnes qui convenerant, non oportere non habere fidem Dei admirabilibus, quæ ab ipso fiunt in unaquaque generatione per eos per quos ei videtur. Patriarchæ enim et omnes prophetæ, et similiter etiam apostoli, erant homines, et a divina incitati gratia, convenienter divino Apostolo ¹¹, exstinxerunt vim ignis, obstruxerunt ora leonum, et fecerunt omnia quæ deinceps scripta sunt. Porro vero ipsa quoque vox Domini, quæ nos adhortatur ut credamus, sic dicit: «Omnia quæcunque precantes petitis, credite quod accipietis, et erunt vobis ¹².» Benigno ergo Deo præbente quando vult et per quos vult, non oportet nos esse incredulos. Cum itaque unam hebdomadam jussisset puellam manere cum parentibus, precatione armatis et jejunio, et ipsam sanam restituisset, dimisit eos in pace, jubens ut irent frequenter ad sanctissimam Ecclesiam.

CAPUT III.

Leprosus, paralyticus, energumene sanantur,

XVIII. Aliquot autem post diebus ascenderunt ad eum duo quidam viri laborantes elephantia, qui a Deo per ipsum petebant sanationem. Sanctus vero dicit eis: Quodnam est vestrum peccatum, quod hæc plaga in vos incidit? Illi autem, hæc audientes, prociderunt ad ejus pedes, dicentes: Miserere nostri, serve Christi, et ora ut nos curemur. Respondens vero beatus, dicit eis: Hoc vobis accidit, o fratres, propterea quod frequenter juraretis. Sed de cætero oportet vos desistere ad iram provocare Dominum Deum vestrum. Quæ cum dixisset, et omnes esset ad precandum adhortatus, ipse quoque flexis suis sanctis genibus ad aliquot horas, et effusis multis rivis lacrymarum, surgens accepit oleum sanctorum, et eos unxit a vertice usque ad pedes, dicens: Sanat vos Jesus Christus: ego enim sum homo peccator. Statim autem sunt sanati, et domum redierunt cum gaudio, Deum laudantes, et ei tribuentes gloriam, et omnibus renuntiantes: Vidimus hominem, qualis nec fuit in antiquis generationibus. Dixit enim nobis omnia peccata nostra: et cum pro nobis multum ad Deum deflevisset, nos curavit ungens sancto oleo.

XIX. Rursus autem duæ mulieres ad ipsum venerunt e Phrygia: quarum una quidem habebat coxam percussam ab immundo spiritu; altera autem habebat legionem dæmonum, quæ etiam tertio a monte lapide cœpit clamare et dicere: Quid mihi tecum rei est, o Auxenti, quod me castigans traxisti a Phrygia? Nescis me esse legionem? Sed scis rursus legionem angelorum te circumdare noctes et dies: qui quidem accipiunt tuas preces, quæ nos urunt, et eas offerunt Altissimo, per quas etiam punimur. Ecce etiam post triginta annos me sepa-

A χερσίν αὐτοῦ ἐπὶ βακτηρίας σταυρὸν ἀποστείλας δι' ἑνὸς τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ, κατέπαυσε τὴν κόρην τοῦ ἐλεγμοῦ, καὶ ἅπαντας τοὺς συνεληλυθότας ἐδίδασκεν, ὅτι οὐ δεῖ ἀπιστεῖν τοῖς θαυμασίαις τοῦ Θεοῦ γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ καθ' ἑκάστην γενεάν, δι' ὧν εὐδοκεῖ· καὶ γὰρ οἱ πατριάρχαι καὶ πάντες οἱ προφῆται ὁμοίως καὶ οἱ ἀπόστολοι ἄνθρωποι ἦσαν ὑπὸ τῆς θείας ἐνεργουμένοι χάριτος κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, ἔσθεσαν δύναμιν πυρὸς, ἔφραξαν στόματα λεόντων καὶ πάντα τὰ ἐξῆς γεγραμμένα ἐτέλεσαν, καὶ αὐτὴ δὲ ἡ τοῦ Κυρίου φωνὴ προτρεπομένη ἡμᾶς πιστεύειν οὕτως λέγει· « Πάντα ὅσα μὲν εὐχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε, ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσται ὑμῖν. » Τοῦ Θεοῦ οὖν παρέχοντος ὅτε βούλεται καὶ δι' ὧν βούλεται, οὐ χρὴ ἡμᾶς ἀπιστεῖν. Ἐπὶ ἑβδομάδῃ τοίνυν κλεύσας μετὰ τῶν γονέων παραμεῖναι τὴν κόρην, εὐχῇ καὶ νησεῖα καθωπλισμένους, ὑγιῆ αὐτὴν ἀποκαταστήσας ἐν εἰρήνῃ ἀπέλυσε, παρεγγυήσας συχναῖζειν αὐτοὺς τῇ ἀγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ.

III'. Μεθ' ἡμέρας δὲ τινὰς ἀνῆλθον πρὸς αὐτὸν δύο ἄνδρες ἐλεφαντιῶντες, ἴασιν ἐξαιτούμενοι δι' αὐτοῦ πρὸς τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· Τί ἐστὶ τὸ ἀμάρτημα ὑμῶν, ὅτι ἐπέπεσεν ὑμῖν ἡ τοιαύτη πληγὴ; Οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα προσέπεσον αὐτῷ λέγοντες· Ἐλέησον ἡμᾶς, θεράπων τοῦ Χριστοῦ, καὶ εὖσαι τοῦ ἰαθῆναι ἡμᾶς. Ἀποκριθεὶς οὖν ὁ μακάριος λέγει αὐτοῖς· Τοῦτο συμβέβηκεν ὑμῖν, ἀδελφοί, διὰ τῆς πολυορκίας ὑμῶν· ἀλλὰ παύσασθε τοῦ παροργίζειν Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν· καὶ ταῦτα εἰπὼν, πάντας εἰς προσευχὴν προτρεψάμενος, κλίνας αὐτὸς τὰ γόνατα ἐπὶ ὥρας ἰκανὰς, ὕχετους, ἐκχέας δακρύων ἰκανοὺς, ἀναστὰς ἔλαβε ἔλαιον τῶν ἀγίων καὶ ἤλειψεν αὐτοὺς ἀπὸ κορυφῆς ἕως ποδῶν, εἰπὼν· Ἰάται ὑμᾶς Ἰησοῦς Χριστός· ἐγὼ γὰρ ἄνθρωπος ἁμαρτωλός εἰμι· εὐθέως ἐθεραπεύθησαν καὶ ἀπῆλθον μετὰ χαρᾶς εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν, αἰνοῦντες καὶ δοξάζοντες τὸν Θεὸν καὶ ἀπαγγέλλοντες πᾶσιν, ὅτι Ἰδομεν ἄνδρα, οἷον οὐδὲ ἐν ταῖς ἀρχαίαις γενεαῖς· εἶπε γὰρ ἡμῖν πάντα τὰ ἡμαρτημένα ἡμῖν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν προσκλύσας πολλὰ τῷ Θεῷ ἐθεράπευσεν ἡμᾶς ἀλείψας ἔλαιον ἅγιον.

D IΘ' Πάλιν δὲ γυναῖκες δύο ἀπὸ Φρυγίας ἦλθον πρὸς αὐτὸν, ἡ μὲν μία τὴν κόξαν πεπληγμένη ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος, ἡ δὲ ἑτέρα ἔχουσα λεγεῶνα δαιμόνων· ἡ καὶ ὡς ἀπὸ σημείων τριῶν τοῦ ὄρου ἤρξατο κράζειν καὶ λέγειν· Τί ἐμοὶ καὶ σοί, αὐξέντιε, ὅτι ἀπὸ Φρυγίας κολάζων με εἵλκυσας; οὐκ οἶδας, ὅτι λεγεῶν εἰμι; Ἀλλ' οἶδα ὅτι λεγεῶν σε ἀγγέλων περικυκλῶσιν ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, οἵτινες δέχονται σου τὰς δεήσεις τὰς καταφλεγούσας ἡμᾶς καὶ προσφέρουσι τῷ Ὑψίστῳ, δι' ὧν καὶ κολαζόμεθα. Ἰδοὺ διὰ τριάκοντα ἐτῶν μερίζεις με τῆς πλάσεως

¹¹ Hebr. xi, 34. ¹² Marc. xi, 24.

ταύτης. Ταῦτα οὖν καὶ πλείονα τούτων λέγουσα ἀ-
 ἔφθασεν ἔγγιστα τοῦ κελλίου, ἐν ᾧ ἦν ὁ μακάριος
 ἐγκλεισμένος, καὶ ἔρρηξεν αὐτὸν τὸ πνεῦμα ἔμ-
 προσθεν τοῦ θυριδίου καὶ ἐφίμωσεν αὐτήν· ὁ δὲ δια-
 κύψας καὶ ἑωρακῶς αὐτήν, ἐκέλευσεν ἐνὶ τῶν παρ-
 εστῶτων δοῦναί χεῖρα, καὶ ἐγεῖραι αὐτήν· ἔκειτο
 γὰρ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ὡς νεκρά. Ἀναστᾶσα δὲ ἐδέετο
 τοῦ ὁπίου μετὰ καὶ τῆς ἄλλης γυναῖκος, κλαίουσαι
 σφοδρῶς καὶ γονυπετοῦσαι αὐτὸν, ἐπὶ τὸ δυσωπῆσαι
 τὸν θεὸν τοῦ ἰᾶσθαι αὐτάς. Ὁ δὲ φησι πρὸς αὐτάς·
 Πόθεν ἤκατε ἐνταῦθα, καὶ τίς ὑμῖν εἶπε περὶ ἐμοῦ,
 ὅτι δύναμαι θεραπεῦσαι ὑμᾶς; Ἡ οὖν βεβλαμμένην
 ἔχουσα τὴν κόξιν εἶπεν· Δι' ἀποκαλύψεως, δέσποτα,
 ἤκον ἐνταῦθα ἐγώ· ἡ δὲ τὸν λεγεῶνα ἔχουσα εἶπεν
 αὐτῷ· Ἐγὼ οὐκ οἶδα, πῶς ἦλθον· διὸ οἰκτερόν με
 τὴν χειμαζομένην τριάκοντα ἔτη ὑπὸ λεγεῶνος. Καὶ β
 σπλαγγισθεὶς ἐπ' αὐτάς καὶ προσευξάμενος ἔκτε-
 νῶς τῷ θεῷ μετὰ δακρύων, ἐθεράπευσεν αὐτάς. Αἱ
 δὲ δι' ὑπερβολὴν εὐγνωμοσύνης προσπαρέμειναν ἐν
 τῷ ὄρει τῆς Ὀξείας, ἐν ᾧ ἦν ἐστῶς ὁ μακάριος, μὴ
 ὑποστρέψασαι εἰς τὰ οἴκετα.

Κ'. Ἄλλος δὲ τις παράλυτος προσπνέχθη αὐτῷ
 κείμενος ἐπὶ ἀμάξης. Οἱ οὖν γονεῖς αὐτοῦ ἔπεσον
 ἐπὶ πρόσωπον δυσωποῦντες τὸν μακάριον μετὰ με-
 γάλου κλαυθμοῦ, ὥστε κατελεῆσαι αὐτοὺς καὶ ἰᾶσθαι
 αὐτὸν, λέγοντες, ὅτι διὰ τὰς πολλὰς ἡμῶν ἀμαρ-
 τίας τοῦτο συνέβη τῷ τέχνῳ ἡμῶν. Ὁ δὲ ὁσιος Αὐξεν-
 τιος εἶπεν αὐτοῖς· Καὶ πιστεύετε ὅτι δι' ἐμοῦ τοῦ εὐ-
 τελοῦς δύναται ὁ Κύριος θεραπεῦσαι αὐτόν; Οἱ δὲ εἶ-
 πον· Ναί, ἄγγελε τοῦ Θεοῦ, εἰς τὴν ἡμετέραν σωτη-
 ρίαν κατεπέμφθης· πιστεύομεν, ὅτι πάντα δυνατὰ c
 παρὰ τῷ θεῷ. Ὁ δὲ ἔφη· Κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν γενη-
 θήτω ὑμῖν· καὶ λαθὼν ἔλαιον τῶν ἁγίων, ὅλον τὸ σῶμα
 αὐτοῦ ἀλείψας δι' ἐκαστοῦ, ὑγιῆ ἀποκαταστήσας, παρ-
 ἔδωκεν αὐτὸν τοῖς γονεῦσιν αὐτοῦ, οἵτινες ἀπῆλθον
 χεῖροντες εἰς τὸν οἶκον αὐτῆν, αἰνοῦντες καὶ δοξά-
 ζοντες τὸν θεόν, ἐφ' οἷς ἐποίησεν μεγαλείους διὰ τοῦ
 θεράποντος αὐτοῦ εἰς τὸν μονογενῆ αὐτῶν υἱόν.

ΚΑ'. Μεθ' ἡμέρας δὲ ὀλίγας γυνή τις ἀπὸ Κλαυ-
 διουπόλεως, θυγάτηρ πολιτευομένου, ἔχουσα δαι-
 μονα δρακοντόμορφον ἦλθε πρὸς αὐτὸν, συρίζουσα
 μόνον καὶ μὴ δυναμένη λαλεῖσθαι πλήν ὡς κύων,
 διότι ἠρήμωσεν αὐτήν ὁ Σατανᾶς· ἦν ἰδὼν ὁ τοῦ
 Θεοῦ θεράπων, ἔκλαυσεν πικρῶς λέγων· Πῶς ἐδου-
 λώθη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τῷ ἀλλοτρίῳ; αὕτη
 γὰρ οὐ κατὰ τὰς ἀμαρτίας αὐτῆς πέπονθε τοῦτο, d
 ἀλλὰ κατὰ πολλὴν μισανθρωπίαν τοῦ ἀντικειμένου
 ἐχθροῦ. Καὶ κλείσας τὸ θυρίδιον τοῦ κελλίου, ἐπὶ
 ἡμέρας τρεῖς οὐ συνέτυχεν τινι, ἀλλ' ἦν δεόμενος
 τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὴν τυραννίδα τοῦ δράκοντος καταπά-
 τήσῃ. Προσευχομένου δὲ αὐτοῦ ἔνδον, ἤρξατο ὁ
 δράκων λαλεῖν, βρούχων ἐν τῇ γυναικὶ καὶ λέγων· Ἔ
 ἀπὸ τῆς μήτρας τῆς γεννησάσης σε κατ' ἐμοῦ. Αὐ-
 ξέντις, πῶς οὐ κατέπαυτας τὴν τεκοῦσαν, ἀλλ' εἰς
 ἐμὴν ἐξώλειαν ἐγεννήθης; οἱ γὰρ ὄχετοὶ τῶν δα-
 κρύων σου κατακαλοῦσίν με, καὶ ἡ προσευχὴ σου,

(5) *Claudiopolis erat metropolis Honoriadis, quæ
 ad Pontum Euxinum vicina est Bithyniæ provinciæ,*

*Arant ab hac creatura. Hæc ergo et his plura dicens,
 accessit proxime cellam, in qua beatus erat inclu-
 sus, et eam discerpsit spiritus ante fenestram, et fe-
 cit eam obmutescere. Sanctus autem cum despe-
 xisset et eam vidisset, jussit uni ex iis qui aderant,
 ei dare manum et eam erigere; jacebat enim humi
 tanquam mortua. Cum vero surrexisset, rogabat
 sanctum cum altera muliere, vehementer flentes
 et ad ejus genua proidentes, ut a Deo impetraret
 ut ipsas curaret. Sanctus autem dicit eis: Undenam
 huc venistis, et quis de me vobis dixit quod possum
 vos sanare? Quæ vero læsam habebat coxam, dixit:
 Ego, o domine, huc veni per revelationem. Quæ
 autem habebat legionem, dixit ei: Ego nescio quo-
 modo venerim. Quamobrem miserere mei, qui tri-
 ginta annos vexor a legione. Earum itaque miser-
 tus beatus, cum Deum vehementer orasset cum la-
 crymis, eas curavit. Illæ autem propter insignem
 suam grati animi virtutem, permanserunt in mon-
 te Oxææ, in quo stabat beatus, domum non rever-
 tentes.*

XX. *Quidam vero alius paralyticus ad eum est
 allatus, jacens super currum. Parentes autem ejus
 proni ceciderunt, rogantes beatum Auxentium cum
 magno fletu, ut eorum miseretur, et eum curaret,
 dicentes: Propter multa nostra peccata hoc accidit
 filio nostro. Sanctus autem Auxentius dixit eis: Et
 creditis, quod per me humilem et abjectum potest
 Deus eum curare? Illi vero dixerunt: Certe, angele
 Dei. Fuisi enim missus ad nostram salutem, et cre-
 dimus omnia apud Deum esse possibile. Sanctus
 autem dixit: Secundum fidem vestram fiat vobis:
 et accepto oleo sanctorum, cum totum corpus ejus
 per se unxisset, et eum sanum reddidisset, tradi-
 dit eum suis parentibus. Qui quidem abierunt læti
 in domum suam, laudantes Deum et glorificantes
 propter magnalia quæ fecit per sanctum servum
 suum Auxentium in filium eorum unigenitum.*

XXI. *Paucis autem post diebus venit mulier quæ-
 dam ex Claudiopoli (5), filia cujusdam civis, quæ
 habebat dæmonem, formæ serpentis similem, ut
 quæ sibilaret solum, et non posset loqui, nisi ut
 canis, propterea quod eam desolasset Satanas.
 Quam cum vidisset Dei servus Auxentius, fleuit
 acerbe, dicens: Hei mihi, quomodo redactum est
 genus hominum in servitutem alieni? Ipsa enim
 non est hoc passa propter sua peccata, sed propter
 multam sævitiam et in homines malevolentiam
 adversarii: et clausa fenestra cellæ, spatium
 trium dierum, non convenit aliquem, sed rogabat
 benignum Deum, ut conculcasset tyrannidem dra-
 conis. Eo autem orante in cella, cœpit draco loqui,
 rugiens in muliere, et dicens: O ab utero, qui te
 edidit, mihi infeste Auxenti, quomodo non combus-
 sisti tuam parentem, sed natus es ad mei exter-
 minationem? Rivi enim tuarum lacrymarum me*

*cujus tunc erat Calogerus episcopus, qui Chalcedo-
 nensi concilio subscripsit.*

comburunt, et preces tuæ tanquam tela arcus, dis-
cerpserunt mea intestina. Non potes me separare
ab hac creatura. Non valde amo ejus crines, et ejus
ætatem, et de cætero ex ea non egredior. Compres-
sus autem statim fuit aer, exstiteruntque fulgura et
tonitrua, et valde magnus imber. Mulierem vero
discerpens draco, et ei os obstruens, eam projecit
humi, ab ea egressus. Cum fenestram autem ape-
ruisset beatus post tres dies, vidit eam jacentem
tanquam mortuam : et cum jussisset iis qui asta-
bant, eam erigere, et solam reclinare, adhortatus
omnes ad orationem, cum sanctas suas manus mul-
tas horas sustulisset, clamabat cum omnibus: Glo-
ria tibi, Domine, gloria tibi, Domine, gloria tibi,
Domine. Mulier autem jacebat muta, non dans ho-
mini responsum. Post preces vero jussit eam co-
ram se afferri : et cum dedisset ei potum ex oleo
sanctorum, statim locuta est : et cum surrexisset,
ambulavit, usque ad suam senectutem a monte non
separata, sed precibus et sancto perpetuo assidens,
et Deo agens gratias, qui eam sanavit.

ὡς τόξον βολίδι, ἐσπάραξε τὰ ἔγκατά μου * οὐ δύ-
νηση με ἀπομερίσαι τῆς πλάσεως ταύτης, ὅτι πάνυ
ἠράσθη τῶν πλοκάμων καὶ τῆς ἡλικίας αὐτῆς, καὶ
οὐκ ἐξέρχομαι ἀπ' αὐτῆς. Συνεσχέθη δὲ αὐθις
ὁ ἀήρ καὶ γεγόνασι βρονταὶ, καὶ ἀστραπαὶ, καὶ
βροχὴ μεγάλη λίαν. Σπαράξας δὲ τὴν γυναῖκα ὁ
δράκων, καὶ φιδώσας αὐτὴν ἐρρίψεν ἐπὶ τὸ ἔδαφος,
ἐξελθὼν ἀπ' αὐτῆς. Ἀνοίξας δὲ τὸ θυρίδιον μετὰ
τρεις ἡμέρας ὁ μακάριος, ἶδεν αὐτὴν ἐρριμμένην ὡς
νεκρὰν, καὶ κελεύει τοῖς παρεστῶσιν ἐπάραι αὐτὴν
καὶ παρὰ μίαν ἀνακλίνει προτρεψάμενος πάντας
εἰς εὐχὴν καὶ ἐπάρας τὰς ὁσίας αὐτοῦ χειρας ἐπὶ
ὥρας πολλὰς μετὰ πάντων ἑδοῶ * Δόξα σοι, Κύριε,
δόξα σοι, Κύριε, δόξα σοι, Κύριε. Ἡ δὲ γυνὴ κατ-
έκειτο ἄφωνος, μὴ διδοῦσα ἀνθρώπῳ ἀπόκρισιν.
Μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐνεχθῆναι * καὶ
δεδωκῶς αὐτῇ ἐκ τοῦ ἐλαίου τῶν ἁγίων πιεῖν, παρα-
χρῆμα ἐλάλησεν, καὶ ἀναστᾶτα περιεπάτει, ἕως γή-
ρους αὐτῆς μὴ χωρισθεῖσα τοῦ ὄρους, ἀλλὰ προσ-
εδρεύουσα ταῖς εὐχαῖς καὶ τῷ μακαρίῳ, καὶ εὐχαρι-
στούσα τῷ ἰασαμένῳ αὐτὴν Θεῷ.

CAPUT IV.

Evocatur S. Auxentius ad concilium Chalcedonense. Miracula in via.

XXII. Post decem aut circiter annos, cum jam
decessisset fidelissimus et orthodoxus imperator
Theodosius minor, imperassetque venerandus et
Christi amans Marcianus, fuit magna confusio et
perturbatio circa dogma veræ nostræ fidei, sicut
etiam cœpimus dicere superius, cum esset beatus
Auxentius recessurus a rebus hujus vitæ. Quidam
enim Eutyches presbyter et archimandrita unius
ex monasteriis urbis regiæ, conabatur renovare de-
liramenta et verba quæ fuerant refutata et abolita a
sanctæ et beatæ memoriæ episcopis, a Basilio, in-
quam, magno beatoque et luminari orbis terræ, et
Gregorio inelyto theologo, et Joanne Chrysostomo,
et iis similibus. Cum ergo alii quidem ejus dogma
sequerentur, alii vero eadem sentirent quæ Nes-
torius, adeo ut venirent in periculum dogmata fidei
catholicæ, videns magnus et orthodoxus impera-
tor Marcianus Ecclesiam in magna confusione et
perturbatione, decernit ut episcopi totius fere orbis terræ venirent Chalcedonem, civitatem Bi-
thyniæ.

XXIII. Cum omnes ergo convenissent episcopi,
adeo ut essent numero sexcenti triginta, jusserunt
etiam convenire beatum Auxentium imperator et
episcopi. Cum autem magnus et divinus Pater no-
ster Auxentius resisteret, et nollet descendere, di-
cens non esse monachorum docere, sed potius do-
ceri, hoc vero iis solis convenire, qui sunt honorati
pontificatu : misit imperator Marcianus quosdam
ex monachis et clericis, qui erant circumcirca, si-
mul cum militibus, res ejus cognoscentes: et jussit,
ut nisi vellet sua sponte venire cum eis, invitum
adducerent. Illi autem cum accessissent, eum
maxime urgentes, nequaquam persuasere, adeo
ut conversi sint ad eum incessendum maledictis,

KB'. Τοῦτε δὴ πρὸς τοῖς δέκα μετὰ καὶ ἕτερα
ἔτη τοῦ πιστοτάτου βασιλέως τετελευτηκότος, καὶ
τοῦ φιλοχριστοῦ Μαρκιανοῦ βεβασιλευκότος, πολ-
λὴ ταραχὴ περὶ τὸ δόγμα τῆς ἀληθοῦς πίστεως
ἐγένετο, ὡς καὶ ἀνωτέρω ἀνησάμεθα λέγειν ἐν τῷ
μέλλειν τὸν μακάριον Ἀδξέντιον ὑπαναχωρεῖν τῶν
βιωτικῶν πραγμάτων. Εὐτυχῆς γὰρ τις πρεσβύτερος
καὶ ἀρχιμανδρίτης ἑνὸς τῶν μοναστηρίων τῆς βασι-
λευσύης τὰ Ἀπολιναρίου παραφρονήματα τὰ πάλαι
κατηρημένα ὑπὸ τῶν τὴν ὁσίαν μνήμην θεοφιλε-
στάτων ἐπισκόπων, Βασιλείου τε καὶ Γρηγορίου, καὶ
τῶν κατ' αὐτοὺς ἀνακαινίζειν ἐπιχειρεῖ. Τῶν μὲν
σὺν τὰ τούτου ἐπομένων, τῶν δὲ τῆ Νεστορίου φρο-
νούντων, ὡς κινδυνεύειν ἐπὶ τὰ τῆς καθολικῆς πί-
στεως δόγματα καὶ ἐν συγχύσει πολλῇ τὴν Ἐκκλη-
σίαν ὄραν, ὁ δὲ βασιλεὺς θεσπίζει τοὺς τῆς οἰκουμέ-
νης σχεδὸν ἀπάτης θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους
ἀπαντῆσαι ἐν Καλκηδόνι, πολίχνῃ τῆς Βιθυνίας.

orbis terræ venirent Chalcedonem, civitatem Bi-
thyniæ.

KI'. Πάντων τοίνυν συνεληλυθότων, καὶ τὸν μακά-
ριον Ἀδξέντιον παρεκελεύοντο συνέρχεσθαι, ὃ τε βα-
σιλεὺς καὶ οἱ ἐπιχώριοι τῶν ἐπισκόπων. Ἦς δὲ
ἀντεῖχεν καὶ οὐκ ἠδούλετο κατεῖναι, ψάτκων μὴ εἶναι
μοναχῶν τὸ διδάσκειν, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ διδάσκεσθαι,
μόνοις δὲ τοῖς ἀρχιερατεῖα τετιμημένοις τοῦτο πρέ-
πειν, ἀποστειλάς ὁ βασιλεὺς Μαρκιανὸς τινεὶς τῶν
περὶς μοναχῶν τε καὶ κληρικῶν μετὰ καὶ στρατιω-
τῶν ἐκέλευσεν γνόντας τὰ κατ' αὐτὸν, εἰ μὴ βούλοιο
ἐκουσίως συνελθεῖν αὐτοῖς, ἄκοντα παραστῆναι. Οἱ
δὲ παρόντες πλεῖστα καταναγκάσαντες αὐτὸν οὐκ
ἐπαίθον, ὡς καὶ λοιδορίαις αὐτοὺς τραπῆναι καὶ λέ-
γειν μὴ φρονεῖν αὐτὸν ὀρθῶς διαβεβαιουῖσθαι * ὅθεν
ἐπεχείρουν καὶ κατὰ βίας αὐτὸν ἐξωθεῖν, ὃ δὲ ἐνεδί-

δου μὲν αὐτοῖς, ἀλλ' οὕτω τελεία γνώμη ἄνευ τῆς ἀνωθεν βόπης. Ἀγαθόντες γὰρ τεχνίτας πρὸς τὸ λύσαι τὸν κλουθὸν, ἐν ᾧ ἦν, ὅλην τὴν ἡμέραν παραμείναντες, οὐδὲν ἴσχυσαν, καὶ τῇ ἑσπέρῃ λέγει αὐτοῖς· Εἴπατέ μοι, ἐν τίνι κακῶς πιστεύω, καὶ εἴθ' οὕτως προνοῖ θεοῦ καὶ ὁ κλουθὸς ἀνοιχθήσεται. Οἱ δὲ ἔφησαν· Ὅτε τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως τοῦς ἀπανταγῶθεν Θεοφιλεῖς ἐπισκόπους ἐπὶ διασκέψει τῶν τῆς ἀγιωτάτης Ἐκκλησίας δογμάτων συναγαγοντος, αὐτὸς οὐ βούλει συνελθεῖν· οἶσθα γὰρ τὴν κρατούσαν σύγχυσιν, τῶν μὲν τοῦ Νεστορίου φρονούντων καὶ σχίσμα ἐπινοούντων διὰ τὸ ἀναίρειν τὴν Θεοτόκος φωνὴν ἀπὸ τῆς ἀγνῆς καὶ σεμνῆς Παρθένου καὶ Μητρὸς τοῦ Κυρίου· τῶν δὲ τὰ Εὐτυχοῦς, μᾶλλον δὲ τὰ Ἀπολλιναρίου δογματιζόντων καὶ μὴ τελείως σεσαρκῶσθαι τὸν Κύριον ὁμολογούντων ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, ἀλλὰ δοκῆσαι αὐτὸν ἐν ἡνθρωπικῆναι τερατευομένων.

ΚΔ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ μακάριος ἔφη· Ἐγὼ τελείως σαρκωθέντα ἐκ τῆς ἀπειρογάμου τὸν Λόγον ὁμολογῶ καὶ Υἱὸν μονογενῆ τοῦτον ὄντα προσκυῶ, σὺν ἀνάρχῳ μὲν ὑπάρχοντα τῷ Πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, ἐπ' ἐσχάτων δὲ ὄφθέντα ἐξ αὐτῆς κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· ψιλὸν γὰρ ἄνθρωπον, ὡς τινες ληρωδοῦσι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὁμολογεῖν, ἀσεβές· ταῦτά τε εἰρηκῶς καὶ τὴν ἔνστασιν αὐτῶν ἑωρακῶς, τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνας καὶ εὐχὴν ἐκτενῆ γενέσθαι παρασκευάσας ἐπεδίδου ἐκυτόν· τῶν δὲ θρασυνομένων καὶ πάλιν τὸν κλουθὸν καταλύειν ἐπιχειρούντων καὶ μηδὲ ὅλως ἰσχυρόντων, ὁ μακάριος σφραγίσας τὸν κλουθὸν καὶ τρίτον τὸ, Εὐλογητὸς Κύριος, εἰπὼν πρὸς τὴν φωνὴν τοῖς τεχνίταις ἐπέταττον, καὶ οὕτως κατὰ γνώμην αὐτοῦ τὰς περὶ τὸ θυρίδιον αὐτοῦ ἀφελώσαντες σανίδας, ἐξέωσαν αὐτόν.

ΚΕ'. Κτήνη δὲ παρέστησαν καὶ ἄμαξαν δ' ἂν βούληται ἐπιδάντα κατιέναι· καὶ δὴ ἐπὶ κτήνος παραιτησαμένου ἐν τῇ ἀμάξῃ σταυρώσαντες ἀνέκλιναν τὸν μακάριον. Ἦν γὰρ ἄτονος ὅλος τῷ σώματι καὶ τετάπεινωμένος ἐκ τῆς ἀσκήσεως· καὶ μάλιστα ἐκ τῶν πόνων, ὡς καὶ ἰχθῶρας ἐξίεναι σὺν σκώληξιν· ἐν οἷς Θεοφίλος τις ὀνόματι, θερμότητι πίστεως προτόραμῶν, ὡς εἶδεν ἐκρυσέντα τὸν αὐτοῦ ὄνυχά τοῦ μεγάλου δακτύλου τοῦ δεξιοῦ ποδὸς αὐτοῦ ἀφείλατο. Ὁ δὲ ἅγιος ἀλγίστας ἔφη αὐτῷ· Καγὼ ὁμοιοπαθὴς ἀνθρώπος εἰμι, καὶ μὴ μοι κόπους παρείχετε. Ὡς δὲ μετὰ πλείονος θερμότητος τοῖς βουσίην ἐπέταττον τοῦ ἀποκινήσαι τὴν ἄμαξαν, οἱ ἀπεσταλμένοι οὐδὲν ἤνυσον· ἀκινήτων ἐπὶ πολὺ μενόντων τῶν κτηνῶν, ἀπεινῶς τύπτειν ἐπεχείρουν καὶ τοῖς κέντροις τὴν δορὰν αὐτῶν τιτρώσκειν. Ἀνιαθεὶς τοίνυν ὁ μακάριος καὶ πύστασθαι παρεγγυήσας, τῷ σταυρῷ τῷ συνήθως ἐν χερσίν αὐτοῦ τὰ κτήνη σφραγίσας καὶ ἡρέμα αὐτοῖς ἐπιτάξας, τὴν πορείαν ἐποίητο.

ΚΣ'. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν ὑπαντάται γεωργοῖς ὀδυρομένοις καὶ κλαίουσιν διὰ τὰ ἄλογα αὐτῶν, ὅτι

A et affirmarent eum non sapere. Conabantur itaque eum vi exturbare. Sanctus autem eis cedebat, sed nondum perfecta mente, absque superna voluntate. Nam cum duxissent artifices ad seram cellæ in qua erat solvenda, et totum diem permansissent, nihil potuerunt facere. Mane vero dicit eis : Dicite mihi, fratres et patres, in quam re male credo : et deinde sic providentia Dei sera aperietur. Illi autem dixerunt : Quod cum pius imperator Marcianus pios, qui ubique sunt, episcopos congregaverit ad utilem considerationem dogmatum sanctissimæ Ecclesiæ, tu non vis venire. Scis enim eam, quæ nunc est, confusionem : cum alii quidem sentiant eum Nestorio et schisma moliantur, propterea quod vocem *Dei Parentis* auferant a casta et veneranda Virgine et Matre Domini : alii vero Eutychis et Apollinaris potius tuentur dogmata, et confitentur Dominum Jesum Christum non perfecte carnem suscepisse ex semine David, sed visione eum fuisse hominem, prodigiose asserunt.

XXIV. Hæc cum beatus audiisset Auxentius, dixit : Ego confiteor Verbum perfecte carnem suscepisse ex Virgine, non experta opus nuptiarum : et ipsum adoro, ut qui sit Filius unigenitus, qui cum Patre quidem est expers principii, quod attinet ad divinitatem ; in ultimis autem diebus ex ea visus est, quod spectat ad humanitatem. Solum enim hominem, ut nonnulli nugantur, Filium Dei confiteri, est impium. Hæc cum dixisset, et eos vidisset instare, et manibus in cælum sublatis jussisset intensam fieri precationem, non tradidit seipsum. Illis autem insultantibus, et cellam dissolvere rursus aggredientibus, et nihil omnino valentibus efficere, beatus cum signasset seram, et ter dixisset, *Benedictus Dominus*, mihi voce imperavit artificibus, et sic ejus voluntate sublatis tabulis, quæ erant clavis affixæ ejus fenestræ, eum ejecerunt.

XXV. Astiterunt vero jumenta et currus, ut eum collocarent, ubi vellet ascendere. Cum autem recusasset locari super jumentum, strato curru, sanctum in eo reclinarunt (erat enim imbecillus et dejectus toto corpore, ex nimia exercitatione, et maxime ex laboribus, adeo ut exiret sanies cum vermibus). Inter quos quidam, nomine Theophilus, acride accurrens, cum vidisset effluxisse unguem magni digiti dexteri ejus pedis, eum abstulit. Sanctus vero dolens dixit : Frater, ego quoque sum homo, obnoxius iisdem quibus vos affectionibus, ne mihi exhibeatis molestiam. Cum autem cum magno tumultu imperarent bobus ii qui missi fuerant, ut emoverent currum, et nihil efficere, diu animalibus manentibus immobilibus, cœperunt eos crudeliter verberare, et stimulis pellem eorum sauciare. Ægre ferens ergo beatus, cum jussisset eos cessare, et cruce, quam, ut solebat, habebat in manibus, signasset animalia, et eis statim imperasset, ea fecit iter ingredi.

XXVI. In via autem occurrit agricolis deflentibus et lamentantibus propter suas bestias, quod

scilicet paterentur sicut homines, vexatæ ab im-
mundis spiritibus. Misertus itaque beatus, cum
omnes jussisset intentos esse orationi, et ex imo
corde suspirasset, et Deo supplicasset, eas cura-
vit.

XXVII. Quædam autem mulier passis capillis ei
mox occurrit in via, quæ etiam ad eum attulit in-
fantem circiter trium annorum, qui possidebatur a
dæmone. Justus vero cum eum vidisset, cæpit ma-
nus extendere, et lacrymas effundere, et dicere iis
qui aderant: Ne existimetis, o viri, qui corde estis
submersi, hunc puerum peccasse, et vexari ab im-
mundo spiritu: sed hoc propter nos contigit et
propter nostram conversionem; erat enim vultus
infantis pene conversus. Cum ergo precatus esset
beatus Auxentius, et increpasset immundum spi-
ritum, inspirans in faciem infantis, eum curavit.
Egresso enim maligno et exsecrando dæmone,
fuit ejus vultus sicut prius restitutus. Cumque
eum sanum recepisset mulier, domum rediit læta
et Deo agens gratias.

XXVIII. Rursus autem in via puella quædam, ne-
ptis Dorothei comitis, ex peregrinatione in lec-
tica venit vexata a sævo dæmone. Quam etiam a
modico spatio allisit humi immundus spiritus
ex lectica. Cum autem surrexisset, scissa veste
concurrit ad currum, in quo erat beatus, latrans
et clamans: Quid tibi rei mecum est, Auxenti?
quid me uris? quid me persequeris? Ulinam
abortum fecisset uterus, qui te peperit ad nos-
trum exitium. Ecce enim cum quatuordecim
annis latuerim in hac creatura, studes me ab ea
separare. Cum autem vidisset Christi servus,
athleta Auxentius ejus nuditatem, cum vexaretur
a dæmone, magna ira percitus, non sivit eam
loqui: sed cum increpasset immundum spiri-
tum, clamans magna voce, dixit: Egredere, im-
munde spiritus, ex hac creatura, in nomine Do-
mini nostri Jesu Christi, qui incarnatus fuit ex
Spiritu sancto et Maria Virgine. Stridens itaque
et ejulans dæmon, exiit protinus ex puella, cum
nec ei quidem fuisset omnino permissum nugari
per creaturam.

XXIX. Milites autem cum clericis et monachis,
qui consequebantur ex monte, cum viderent signa
quæ per ipsum faciebat Servator, admirabantur,
et magis dubitabant quam crederent, dicentes ei:
Hæc facis, ut oculis appareant, o illusor Christi
Sanctus autem subridens, dicit eis: Ego non sum
Christi illusor, sed servus Dei, credens in sanctam
ejusdemque essentiæ et individuum Trinitatem,
confitensque Deiparentem, sanctam et incorrup-
tam Virginem.

XXX. Cum vero pervenisset ad prædium quod di-
citur Sycides, juvenis quidam, nomine Gregorius, ex
pago Lyddorum (6), habens spiritum immundum,
accessit ad sanctum in eandem possessionem, ad

(6) Videtur Lydia Asiæ Minoris regio intelligi,
inter quam et Bithyniam interjacet Phrygia. Est

ἔπασχον, καθάπερ ἄνθρωποι, ὑπὸ πνευματῶν ὀχλοῦ-
μενα ἀκαθάρτων. Σπλαγγισθεὶς οὖν ὁ μακάριος καὶ
τοὺς πάντας στήναι εἰς προσευχὴν ἐπιτρέψας, ἐκ
βήθους τῆς καρδίας αὐτοῦ στενάξας, καὶ τὸν Θεὸν
ἐκετεύσας, ἐθεράπευσεν αὐτά.

KZ'. Γυνὴ δὲ τις λυσίκομος μετ' ὀλίγον ὑπαντῶ
αὐτῷ ἐν τῇ ὁδῷ, ἣ καὶ προσήγαγεν αὐτῷ παιδίον ὡς
ἐνιαυτῶν τριῶν κατακυρισθὲν ὑπὸ δαίμονος. Ὁ δὲ
δίκαιος θεασάμενος αὐτό, ἤρξατο τὰς χεῖρας ἐκτεί-
νειν καὶ τὰ δάκρυα προφέρειν καὶ πρὸς τοὺς παρόν-
τας λέγειν· Μὴ νομίζατε, ὦ ἄφρονες, βεβωτισμένοι
ταῖς καρδίαις, ὅτι τὸ βρέφος τοῦτο ἤμαρτεν καὶ ὀχλει-
ται ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου, ἀλλὰ τοῦτο δι' ἡμᾶς
συνέβη, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιστροφήν· ἦν γὰρ
καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ παιδίου εἰς τὰ ὀπίσω στραφέν.
Εὐξάμενος οὖν ὁ μακάριος, καὶ ἐπιτιμῆσας τῷ ἀκα-
θάρτῳ πνεύματι ἐμφυσήσας εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ
παιδίου, ἴασατο αὐτό. Ἐξεληλυθότος γὰρ τοῦ μιαινοῦ
δαίμονος, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπεκατέστη, καὶ
ὑγιῆ αὐτὸ ἀπολαβοῦσα ἡ μήτηρ, ἀπῆει εὐχαριστοῦσα
τῷ Θεῷ.

KH'. Πάλιν δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν κόρη τις ἔκγονος
Δωροθέου τοῦ κόμητος ἀπὸ ἐκδημίας ἤρχετο ἐν
βαστερνίῳ ἐνεργουμένη ὑπὸ δαίμονος, ἦν καὶ ἀπ'
ὀλίγου διαστήματος ἔρρηξε τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα
ἀπὸ βαστερνίου εἰς τὴν γῆν. Ὡς δὲ παρέστη, περι-
σχισαμένη τῇ ἐσθῆτι, ἔτρεχεν ἐπὶ τὴν ἄμαξαν, ἐν ἣ
ἦν ὁ μακάριος, ὑλακτοῦσα καὶ κράζουσα· Τί ἔχεις
μετ' ἐμοῦ, Αὐξέντιε, τί με κατακκίεις; τί με διώ-
κεις; εἴτε ἐψόφησεν ἡ μήτηρ ἡ γεννήσασά σε εἰς
ὄλεθρον ἡμῶν. Ἴδου γὰρ δεκατέσσαρα ἔτη κεκρυμ-
μένου μου ἐν τῇ πλάσει ταύτῃ, σπεύδεις τοῦ χωρί-
σαι με ἀπ' αὐτῆς. Ἴδὼν δὲ ὁ ἀθλητὴς τοῦ Χριστοῦ ὡς
ἐχειμάζετο ὑπὸ τοῦ δαίμονος τὴν γύμνωσιν αὐτῆς,
ὀργισθεὶς θυμῷ μεγάλῳ οὐκ εἴασεν αὐτὴν λαλῆσαι,
ἀλλ' ἐπιτιμῆσας τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ, κράξας
φωνῇ μεγάλῃ εἶπεν· Ἐξέλθε, πνεῦμα πονηρὸν, ἐκ
τοῦ πλάσματος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σαρκωθέντος ἐκ Πνεύματος
ἀγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου. Στενάξας οὖν καὶ
ὀλολύξας ὁ δαίμων, ἐξῆλθε παρχρηῖμα ἐκ τῆς κόρης,
μηδὲ ὄλωσ συγχωρηθεὶς πλουρῆσαι διὰ τοῦ πλάσμα-
τος.

KΘ'. Οἱ δὲ στρατιῶται σὺν τοῖς κληρικοῖς καὶ μο-
ναχοῖς τοῖς συνεπομένοις αὐτῷ ἐκ τοῦ ὄρους, θεω-
ροῦντες τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει δι' αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ,
ἐξεπλήσσοντο καὶ μᾶλλον ἐδίσταζον ἢ ἐπίστευον λέ-
γοντες αὐτῷ· Πρὸς ὀρθόκλμοπλανίαν ἡμῶν ταῦτα
ποιεῖς, χριστεμπαίκτη. Ὁ δὲ μειδιάσας λέγει πρὸς
αὐτούς· Ἐγὼ χριστεμπαίκτης οὐκ εἰμὶ, ἀλλὰ δοῦλος
τοῦ Θεοῦ, πιστεύων εἰς τὴν ἀγίαν καὶ ἀδιαίρετον
Τριάδα καὶ ὁμολογῶν Θεοτόκον τὴν ἀγίαν ἄφθαρτον
Παρθένον.

A'. Ὡς δὲ ἐφθασεν λοιπὸν ἐν χωρίῳ ἐπιλεγομένῳ
Σιγίδες, νεώτερός τις ὀνόματι Γρεγόριος ἀπὸ χωρίου
Λύδδων, ἔχων πνεῦμα ἀκάθαρτον προσῆλθε τῷ μακα-
ρίῳ ἐν τῷ αὐτῷ κτήματι, προσπίπτων αὐτῷ καὶ
etiam Lydda urbs Palæstinæ episcopalis, de qua
ad Vitam S. Georgii 28 Aprilis agemus.

λέγων· Ἐλέησόν με, δούλε τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, ὅτι ὀχλοῦμαι ὑπὸ δαίμονος πονηροῦ. Ὁ δὲ μακάριος ἐπιθείς τὴν χεῖρα ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ προσευξάμενος, τῷ μὲν πνεύματι φθέγγασθαι οὐ συνεχώρησεν, ἐξεληλυθῆναι δὲ αὐτὸ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ἐπρέσβευτεν. Ἡ οὖν δαίμων ἐξελθὼν, ὑπὸ ἀκάνθας πλησίον τῆς ὁδοῦ ὑπεκρύπτετο, ὥστε ἐπανιόντος τοῦ νεανίσκου, πάλιν εἰς αὐτὸν ὑποστρέψαι. Μετὰ οὖν τὸ ἀπαλλαγῆναι τοὺς βόας καὶ μέλλειν αὐτοὺς κινεῖν τὴν ἀμαξάν, γνοὺς ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὁ μακάριος, ἔφη τῷ νεανίσκῳ· Σοὶ λέγω, νεώτερε, ὄρα μὴ ἀπέλθῃς κατὰ τὴν ἀριστερὰν ὁδὸν, δι' ἧς ἦλθες· ἐκεῖ γὰρ κέκρυπται ὑπὸ ἀκανθῶν περιμένων σε ὁ πονηρὸς· ἀλλὰ κατὰ τὴν δεξιὰν ἀπελθε, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ καὶ λέγων· Δόξα τῷ Πατρὶ, δόξα τῷ Υἱῷ, δόξα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, τῷ λαλήσαντι διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ.

A ejus pedes prociens, et dicens : Miserere mei, serve Dei altissimi, quoniam vexor a maligno dæmone. Beatus autem Auxentius, imposita manu ejus capiti cum esset precatus, spiritum quidem non sinil loqui, ut ipse autem exiret, per Christi gratiam procuravit. Malus vero dæmon egressus, latebat sub spina propter viam, ut revertente adolescente, ad eum rursus rediret. Postquam autem percussi sunt boves, et ipsi currum erant moturi, cognoscens beatus in sancto Spiritu, dixit adolescenti : Adolescens, cave ne eas per viam sinistram, per quam ivisti; illic enim a spinis est absconsus, qui te exspectat, malignus; sed vade ad dexteram, Deo agens gratias, et dicens : Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui sancto, qui locutus est per suos prophetas.

CAPUT V.

Quæ S. Auxentius egerit tuleritque in monasteriis ad Ruffinianas et in Phelio.

ΑΑ'. Ἦδη δὲ ἐπιστάντων ἐν τῷ μαρτυρίῳ τοῦ ἁγίου Θαλαλαίου, οἱ ἐπόμενοι αὐτῷ πτωχοὶ ἀπὸ τοῦ ὄρους τῆς Ὀξίας, ὀδυρόμενοι καὶ θρηνοῦντες συνετάττοντο, κατασπαζόμενοι τὰ ὄσια ἴχνη αὐτοῦ. Θεωρῶν δὲ ὁ μωθητῆς τοῦ Χριστοῦ τὸ ἀφόρητον πένθος τῆς καρδίας αὐτῶν, ἔφη πρὸς αὐτούς· Ἀπελθετε, τέκνα, καθέζεσθε τέως ἐν τῷ ὄρει· ἐγὼ γὰρ μεθ' ὑμῶν εἰμι. Εἰ γὰρ τὸ σῶμά μου ἀπάγουσιν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμά μου ἐν ὑμῖν ἔξεστιν, καὶ οὐ μὴ ἐγκαταλείψω ὑμᾶς. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ἐπὶ τούτοις ἠγανάκτουν· οἱ δὲ ὑπέστρεψαν, ὡς ἀπηγγεῖλατο αὐτοῖς ὁ θεράπων τοῦ Χριστοῦ.

ΑΒ'. Φθάσας οὖν ἐν τῷ ζεύγῳ εἰς τὸ ἐν τῇ Φιλίῳ μοναστήριον, ἄφνω νεώτερός τις ὀνόματι Ἰσιδωρος ἤρξατο δαιμονίζεσθαι καὶ βοᾶν· Ὡς ἀπὸ σοῦ, Αὐξέντιε, τοῦ μὴ δεδωκότος μοι ἐξουσίαν ἀμύνασθαι τοὺς περιφρονούντάς σε θεομάχους εἰς ἐξολόθρευσιν ἐμοῦ καὶ τῶν ἐμῶν· ἡ γὰρ πάροδός σου τὰ πάντα ἠγίασεν καὶ ἐφυγάδευσε πλείστους τῶν καθ' ἡμᾶς. Ὁ δὲ μακάριος πρὸς αὐτὸν ἔφη· Σιώπα, καὶ πεφίμωσο, χαίρεσίχκε δαίμων, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. Κατήγαγον οὖν ἐκ τῆς ἀμαξίας τὸν ἅγιον ἄνδρα καὶ εἰσήγαγον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου. Ἐστῶς οὖν προσηύξατο ἐπὶ ὥρας ἰκανὰς, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι γόνα κλίνειν ἐκ τῶν ἐν τοῖς ποσίν αὐτοῦ μωλώπων. Ὡς δὲ ἐπλήρωσε τὴν εὐχὴν, εἰσήγαγον αὐτὸν ἐν χαμαιτρικλίῳ πανταχόθεν ἀποκλείσαντες· τοῦ δὲ προσευχομένου ἔνδον, ἔξω Ἰσιδωρος ἰάθη, ὁ δαιμονίων.

ΑΓ'. Ἀλλὰ γυνὴ τις Μαξιμιανοῦ ἡνιόχου, οἰομένη ἐν τῷ ὄρει τῆς Ὀξίας εἶναι τὸν μακάριον, ἦλθε φέρουσα ἐπὶ ζώοις πεφορτωμένοις ἔλαιον, οἶνον, ἄρτους, τυρὸν, ὄσπρια, στούπαν, κηρούς. Καὶ σφόδρα μὲν ἐλυπήθη μὴ εὑροῦσα ἐκεῖ τὸν ὄσιον ἄνδρα· διέδωκεν δὲ τὰ πάντα τοῖς κατὰ τὸν τόπον προσκαρτεροῦσι πτωχοῖς. Κοράσιον γὰρ αὐτῆς ὀχλοῦμενον ὑπὸ δαίμονος ἠξιώθη ἰάσεως, καὶ πάντοτε προσέκειτο τῷ μακαρίῳ· θαυμάσασα οὖν, ὅτι βίᾳ σχεδὸν κατ-

XXXI. Cum autem jam accessissent in martirium sancti Thalelæi, eum sequentes pauperes ex monte Oxæ, simul deflebant et lamentabantur, et amplectebantur sancta ejus vestigia. Videns vero Christi discipulus Auxentius intolerabilem luctum cordis eorum, dixit eis : Abite, filii, et sedete in monte in pace; ego enim sum vobiscum. Nam etsi corpus meum abducunt, at meus spiritus est inter vos, nec vos unquam relinquam. Atque milites quidem hæc ægre ferebant: pauperes autem reversi sunt in montem, sicut eis dixit Christi servus.

XXXII. Cum in curru autem venisset ad monasterium, quod erat in Phelio, repente juvenis quidam, nomine Isidorus, cœpit vexari a dæmone et clamare: Væ tibi, Auxenti, quid non dedisti mihi potestatem ulciscendi impios deorum hostes, qui te suscipiunt, ad meam et meorum perniciem; tuus enim transitus omnia sanctificavit, et fugavit ex nobis plurimos. Dixit autem ei beatus : Tace et obmutesce, qui malis gaudes, dæmon, in Christi nomine. Deduxerunt ergo e curru virum justum, et eum introduxerunt in ecclesiam sancti Joannis. Stans ergo oravit horas aliquot, propterea quod non posset genu flectere ob vibices, qui erant in suis pedibus. Postquam autem implevit suas preces, eum introduxerunt in inferius triclinium, undique clausis januis. Eo vero intus precante, foris fuit curatus Isidorus, qui vexabatur a dæmone.

XXXIII. Quædam autem mulier, uxor Maximiani aurigæ, putans beatum Auxentium esse in monte Oxæ, venit, ferens oneratis animalibus oleum, vinum, panem, caseum, legumina, stupam et ceram. Et magno quidem dolore est affecta, cum sanctum virum illic non invenisset. Distribuit vero omnia pauperibus qui eo in loco perseverabant. Ejus enim puella, quæ vexabatur ab immundo dæmone, ab ipso assecuta fuerat curationem, et beato viro valde

erat dedita. Mirata ergo quod vi propemodum deductus fuerat a monte, et degeret inclusus in monasterio quod est in Phelio, venit illuc meditans eloquium Scripturæ, quod dictum est in pulcherrima Sapientia Salomonis, et impletum in vita sanctissimi Patris nostri Auxentii: « Examinemus justum, quoniam inutilis est nobis, et adversator operibus nostris ¹³. » Nam cum condemnassent eum tanquam maleficum, incluserunt, non concedentes ut quisquam eum conveniret. Cum fidelissimæ ergo huic feminæ beatum videre non licuisset, aut eum convenire, abiit flens domum, et marito suo omnia renuntians.

XXXIV. Constantinus (7) autem dux exercitus et Artabius comes, qui soliti erant venire ad sanctum virum, venerunt ubi erat, ut fruerentur solita utilitate. Qui cum eum convenissent, et ab eo consecuti essent benedictionem, rogarunt ne daret occasionem iis qui male sentiebant, sed spe in Deum omnia quidem probaret, quod bonum autem est, teneret ¹⁴, ad unionem et concordiam sanctissimæ et catholicæ Dei Ecclesiæ. Sanctus autem dicit eis: Fiat voluntas Dei sicut in cælo et in terra. Rogarunt vero beatum, ut aureos aliquot acciperet, qui dedita opera ab eis afferebantur. Ille autem id non sustinuit, dicens eis: Pauperibus qui sunt in monte Oxæ, et fratribus meis in Domiuo, eos date. Ego enim habeo omnia, et abundo per gratiam Dei. Valde vero magna sunt ex hac re affecti molestia, qui erant in loco monachi. Sed illi quidem Christi amantes impleverunt quod eis fuerat mandatum. C Plurimi autem cum de cætero audivissent, beatum de monte esse deductum et illic degere, eo venerunt.

XXXV. Cum vero ad eum accessissent monachi monasterii, rogabant tentantes quare non comederet. Ille autem dixit eis: « Quoniam experimentum quæritis Christi, qui in me loquitur, qui non est infirmus, sed potens in nobis ¹⁵, » scriptum est ¹⁶: « Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod egreditur per os Dei. » Quodam itaque die aperuerunt domum in qua erat, et posuerunt in ea sportam betarum, et sportam dactylorum, et sportam diversorum bellariorum, omnia autem certa mensura, et eum rogabant ut ex eis sumeret. Cum itaque candelam fecissent, et puerum apud eum manere iussissent, incluserunt eum una hebdomada. Et candelam quidem invenerunt non consumptam et ardentem, puerum vero rogarunt quidnam faceret et undenam aleretur. Is autem dixit eis: Cum eo quidem vidi glorificantium multitudinem: quinetiam ingredientem columbam et eum pascentem: vermes autem, qui cadebant e suis pedibus recolligens, eos rursus imponebat ulceribus. Quo-

ηνέχθη ἐκ τοῦ ὄρους ἐν τῷ μοναστηρίῳ τῷ ἐν τῇ Φιλίῳ διαίγει κατακεκλεισμένος, ἦλθεν ἐκεῖσε τὸ γραφικὸν μελετῶσα λόγιον, τὸ βῆθ ἐν τῇ παναρέτῳ Σοφίᾳ Σολομῶντος, καὶ πληρωθὲν εἰς τὸν βίον τοῦ ἐν ἀγίοις Πατρὸς ἡμῶν Λύξεντιου· « Ἐτάσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχριστος (sic: fort. δύσχρηστος) ἡμῖν ἐστὶν καὶ ἐναντιοῦται τοῖς ἔργοις ἡμῶν. » Ὡς γὰρ κακοποιὸν κατακρίναντες αὐτὸν κατέκλεισαν μὴ συγχωροῦντές τινα συντυγχάνειν αὐτῷ· ὅθεν μὴ τυχοῦσα ἡ πιστοτάτη αὐτῆ γυνὴ τῆς θεᾶς τοῦ μακαρίου ἢ τῆς συντυχίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς κλαίουσα, καὶ πάντα τῷ ἀνδρὶ ἀπαγγέλλουσα.

ΑΔ'. Κωνσταντῖνος δὲ στρατηλατῶν καὶ Ἀρτάβιος κόμης, συνήθως ἐργόμενοι πρὸς τὸν ὄσιον ἀνδρᾶ ἐληλύθασι, ἐνθα ἦν, ὀφόμενοι αὐτὸν, ἐπὶ τὸ ἀπολαῦσαι τῆς ἐξ ἔθους ὠφελείας αὐτοῦ. Οἱ καὶ συντετυχηκότες αὐτῷ καὶ εὐλογηθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ἠξίουσαν μὴ διδόναι πρόφασιν τοῖς κακοδόξοις, ἀλλὰ τῇ ἐπὶ Θεὸν ἐλπίδι πάντα μὲν δοκιμάσαι, τὸ δὲ καλὸν κρατῆσαι εἰς ἔνωσιν καὶ ὁμόνοιαν τῆς ἀγιωτάτης Ἐκκλησίας· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· Γενηθήτω τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Ἡξίουσαν δὲ τὸν μακάριον χρύσινα φανερά ἐκ προθέσεως προσφερόμενα παρ' αὐτῶν κοίτασθαι. Ὁ δὲ οὐκ ἠνέσχετο, εἰρηκῶς, τοῖς ἐν τῷ ὄρει τῆς Ὀξίας πτωχοῖς καὶ ἀδελφοῖς μου ἐν Κυρίῳ ταῦτα δεῖσθαι. Ἐγὼ γὰρ ἀπέχω πάντα, καὶ περισσεύω διὰ τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ· πάνω δὲ ἐκ τούτου ἠνιάσθησαν οἱ κατὰ τὸν τόπον μόναχοι· ἀλλ' ἐκεῖνοι τὸ διαταχθὲν ἐπλήρωσαν. Πλεῖστοι δὲ λοιπὸν ἀκηκόες ἐκ τοῦ ὄρους κατενεχθέντα τὸν μακάριον καὶ ἐκεῖσε διατρέψειν, ἀπήεισαν ἐπὶ τὸ αὐτό.

ΑΕ'. Προσελθόντες δὲ αὐτῷ οἱ τοῦ μοναστηρίου πειράζοντες, διότι οὐκ ἐσθίει, ἐπηρώτων. Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς· Ἐπεὶ δὴ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὅς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δύναται ἐν ὑμῖν, πλὴν γέγραπται· « Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένου διὰ στόματος Θεοῦ. » Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ἀνοιξάντες ἔθηκαν ἐν τῷ οἴκῳ, ἐν ᾧ ἦν σφυρίδα βεττανῶν (sic) καὶ σφυρίδα φοινίκων καὶ σφυρίδα διαφόρων τρυγημάτων τὰ πάντα μέτρον· καὶ δῆθεν παρεκάλουν αὐτὸν μεταλαΐειν· τὴν κανδήλαν οὖν ποιήσαντες καὶ παιδίῳ προσκαρτερεῖν αὐτῷ ἐπιτρέψαντες, ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν ἀπέκλεισαν· μετὰ δὲ τοῦτο ἀνοιξάντες, τὴν μὲν κανδήλαν ἀδαπάνητον καὶ καιομένην εὖρον· παρὰ δὲ τοῦ παιδίου ἐπέθοντο, τί ἂν διαπράττειτο καὶ πόθεν διατρέφοιτο· τὸ δὲ πρὸς αὐτοὺς φάσκεν· Πλήθος μὲν σὺν αὐτῷ δοξολογούντων ἐώρων ὕπνω κατεφερόμενος· καὶ περιστερὰν δὲ εἰσιούσα, καὶ ἐμβρωματίζουσαν αὐτόν· τοὺς δὲ σκόληκας τοὺς ἐκπίπτοντας ἐκ τῶν ποδῶν αὐτοῦ

¹³ Sap. II, 12. ¹⁴ I Thess. V. ¹⁵ II Cor. XIII, 3. ¹⁶ Matth, IV, 4.

(7) « Constantino et Rufo coss. » obiit Marcianus imp. An idem Constantinus, qui hic dux exercitus appellatur, nondum nobis constat. Inter appositos concilio Chalcedonensi ex amplissimo senatu sub

initium actionis primæ, est « magnificentissimus et gloriosissimus exprælectus prætoriorum Constantinus. » Græce, ὁ μεγλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος ἀπὸ ἐπάρχων πραιτωρίων Κωνσταντῖνος.

ἀναλεγόμενος, πάλιν ἐπὶ τὰ ἔλλα ἐπετίθει. Ἐπειδὴ δὲ παραγγελθὲν τὸ παιδίον, μηδενὶ φράσαι ἢ εἰράκεν, καταναγκαζόμενον ἐξεΐπεν, αὐθις πυρετῷ ληφθεὶς, μετὰ τὴν μίαν ἐτελεύτησεν.

ΛΣ'. Τούτων δὲ γενομένων, κατήχθη ὁ μακάριος ὑπὸ τε τῶν κληρικῶν καὶ λαϊκῶν καὶ τινῶν ἑτέρων λαμπρῶν ἀνδρῶν ἐν Ῥουφινιανῶν πλησίον τῶν Ἀποστόλων ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ μακαρίου Ὑπατίου ἐπιτραπείς ἡσυχάζει. Ἐπεδέξαντο δὲ αὐτὸν μετὰ πλείονος χαρᾶς οἱ αὐτόθι μοναχοὶ σὺν τῷ ἡγουμένῳ, ἀνδρὶ τὰ πάντα ἐναρέτῃ καὶ χάριτος Θεοῦ ἡξιωμένῳ, ὡς ὄντι μαθητῇ τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης οὐκ ἔκλεισαν τὴν θύραν τοῦ μοναστηρίου διὰ τὸ πλῆθος τῶν εἰσερόντων, τοῦτο μὲν τῶν ἐπιχωρίων, τοῦτο δὲ καὶ τῆς πανευδαίμονος Κωνσταντινουπόλεως. Φιλοφρόνως οὖν πάντας ὑπεδέχοντο προθύμως, πλείττας μὲν καρποφορίας κομιζόμενοι· πολλὴν δὲ ἐπὶ τῇ διαίτη τὴν πρασκευὴν ποιούμενοι, ὥστε γενέσθαι τὸ μοναστήριον ἐλεῖνο ὡς τὴν σκηνὴν τοῦ Ἀβραάμ· ἅπαντας γὰρ σχεδὸν εἴτε ἀξιούς, εἴτε ἀναξιούς, ὡς ἀγγέλους ἐδεξιοῦντο. Τὸν δὲ μακάριον ἐν τρικλίνῳ ὕψηλῳ περικλείσαντες, ἡξίουσαν προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου καὶ αὐτῶν σωτηρίας, πᾶσάν τε αὐτῷ διακονίαν καὶ τοῖς συντρέχουσιν ἀόκνως προσφέροντες, διὰ τὴν ὑπὲρ πάσης ἀγαθοεργίας ἐπηγγελμένην παρὰ Θεοῦ μισθαποδοσίαν.

ΛΖ'. Πολλοὶ γὰρ πνεύματα ἀκάθαρτα ἔχοντες, καὶ σεληνιαζόμενοι, καὶ ἀσθενεῖς καὶ παραλυτικῶς προσήδρευον, κάκεισε τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἴασιν διὰ τοῦ δούλου αὐτοῦ Αὐξεντίου ἐξαιτούμενοι ἐθεραπεύοντο. Κομήτισσα δὲ τις ἀκούσασα τὰ περὶ τοῦ μακαρίου, ἔσπευδεν ἀπελθεῖν καὶ προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ἦλθεν οὖν ἀπὸ Καλχηδόνας ἐν βαστερνίῳ, καὶ δὴ πλησιάσασα τοῖς Ἁγίοις Ἀποστόλοις κατήλθεν ἐκ τοῦ βαστερνίου, καὶ ἤρχετο ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Ὡς δὲ ἤμελλεν ἀνιέναι, ἔνθα ἦν ὁ μακάριος, διαβρόχασα τὴν ἐσθῆτα καὶ ἀπολαβούσα τὰ κόσμια αὐτῆς, ἤρξατο βοᾶ· Τί ἐμοὶ καὶ σὺ (leg. σοί), Αὐξέντιε, σκωληκόπους; καλῶς ἐνεκρυπτόμην ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτῆς, καὶ ἰδοὺ, ἀνήγαγές με δι' ἐνιαυτῶν εἴκοσι. Δωδεκαετοῦς αὐτῆς οὕτως εἰσῆλθον, καὶ χωρίζεις με ἄκοντα ἀπ' αὐτῆς. Ἐπιτιμήσας οὖν τῷ ἀκαθάρτῳ πνεύματι, καὶ παρεγγυήσας φιμωθῆναι καὶ μὴ ἐνραγῆναι τῇ πλάσει, ἰκέτευε τὸν Θεὸν, ποιῆσαι τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς. Δοὺς οὖν αὐτοῦ τοῦ ἑλάτου τῶν ἁγίων καὶ ἐπιτεσσαράκοντα ἡμέρας νηστεῦσαι προστάξας, ὑγιῆ ἀπέλυσεν ὁ Χριστὸς, διὰ τῆς αὐτοῦ προσευχῆς ἰασάμενος αὐτήν. Πολλὰ δὲ παρέσχεν τοῖς πτωχοῖς καὶ τῷ μοναστηρίῳ τοῦ ἁγίου Ὑπατίου.

niam autem puer a sancto jussus nemini dicere quæ viderat rursus coactus fuerat effari, febre arreptus, uno post die decessit.

XXXVI. Cum hæc autem facta essent, deductus fuit a monachis et clericis, et quibusdam aliis viris præclaris ad Ruffinianas, prope Sanctos Apostolos, in monasterio beati Hypatii, illic jussus agere silentium. Cum magno vero gaudio eum exceperunt, qui illic erant monachi cum eorum præfecto, viro undiquaque optimo et gratia Dei dignato, ut qui esset Christi discipulus. Ab illo autem tempore non clauserunt fores monasterii, propter multitudinem eorum qui affluebant, partim ex hac regione, partim autem ex longe beatissima Constantinopoli: sed omnes benigne excipiebant promptoque et alacri animo, plurimas accipientes oblationes: magnum vero propter victum facientes apparatus, adeo ut fieret illud monasterium tanquam Abrahæ tabernaculum. Omnes enim fere, seu dignos seu indignos, tanquam angelos Dei accipiebant. Beatum autem Auxentium cum in alto triclinio cancello inclusissent, rogabant ut oraret pro mundi et ipsorum salute, omne ei ministerium et iis qui ad ipsum concurrebant impigre offerentes, propter cujusvis boni operis a Deo promissam remunerationem.

XXXVII. Multi enim qui immundos habebant spiritus, et lunatici, infirmique et paralytici illic assidebant, et illic curationem petentes, per servum Dei Auxentium omnes curabantur. Unde etiam quædam comitissa, cum de hoc beato audivisset Auxentio, contendit venire et eum adorare. Chalcedone ergo venit, equo vecta. Et cum fuisset prope Sanctos Apostolos, descendit ex equo, et pedes venit in monasterium. Cum autem esset ascensura ubi erat beatus, rupta veste et abjectis ornamentis suis, cœpit clamare: Quid mihi rei tecum est, Auxenti vermipes? pulchre abscondebam in ejus intestinis: et ecce me eduxisti post viginti annos. Eam enim ingressus sum, eum esset duodecim annos nata, nec me cognovit quispiam ad hoc usque tempus, et me invitum ab ea separas. Signifer vero et magnus Pater noster Auxentius, cum increpasset malignum et immundum spiritum, et jussisset eum obmutescere, et e creatura non erumpere, a Deo supplex petiit ut faceret suam cum ea misericordiam. Cum autem dedisset ei de oleo sanctorum, et eam jejunare jussisset quadraginta dies, sanam eam dimisit Christus, eam curans per ejus orationem. Multa vero præbuit pauperibus et monasterio S. Hypatii.

CAPUT VI.

Colloquium S. Auxentii cum Marciano Imp. Professio fidei orthodoxæ.

ΛΠ'. Μετὰ οὖν τοῦτο ἀποστείλας ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς δρόμωνα ἀπὸ τοῦ Ἐβδόμου διὰ τὸ ἐκεῖσε πρόκενσον εἶναι, μετεστειλάτο τὸν μακάριον παρ'

(8) Ita Cedrenus ad an. 22 regni Justiniani meminit προκένσου γενομένου ἐν τῷ Ἐβδόμῳ. Est autem procensus, processus regius, sive ad pietatem sive

XXXVIII. Post hoc autem pius imperator, misso dromone ex Hebdomo, quod illic esset procensus (8), ad se accersiit beatum Auxentium: et cum ad solam pompam, Legatur Goar in cap 15 Curæ palatæ, n. 6.

eum vidisset toto corpore afflictum ex exercitatione, magnam in eum ostendens reverentiam, dicit ei : Scio te esse Dei servum, domine Auxenti, et debes consentire sanctæ et œcumenicæ synodo ad hoc, ne tu fias auctor offensionis iis qui eam volunt admittere. Sanctus autem respondens, dicit imperatori : Quis sum ego canis mortuus, quod ut cum sanctis pastoribus connumerer, jubet tua potentia, qui non recuso pasci, et doctrina egeo? Imperator vero postquam plurima cum eo esset locutus, dixit : Considera quid expediat, et ne nos afficias molestia. Nam nec nos quidem quidquam præter id quod oportet, sed ut decet, ad sanctissimæ Ecclesiæ unionem, et non destructionem, concilium congregavimus. Hæc cum dixisset imperator, et preces ab eo petisset, eum dimisit.

XXXIX Cum vero venisset beatus Auxentius in monasterium Sancti Hypatii in Ruffinianis (8*), et vidisset illuc magnam affluxisse multitudinem, cœpit omnibus præcipere ut abstinerent a theatris, ut quæ essent causa impudicitiae, adulteriorum et falsi testimonii, perjuriæque et blasphemiae, et omnium denique quæ sunt prohibita et Deo minime placent: hortabatur autem sincere credere in sanctam et quæ est ejusdem essentialis Trinitatem, et confiteri Dominum nostrum Jesum Christum suscepisse carnem ex sancto Spiritu et Maria semper Virgine et Deiparente, et assidere sanctissimis ecclesiis, in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus. Quidam vero ex multitudine, qui accesserant, febricitantes et horrentes, dignati contactu ejus manus, sani sunt redditi. Eī autem significatum est adesse puellam quamdam recens nuptam quæ in thalamo correpta fuit ab immundo dæmone, et se divellit et comedit. Sanctus vero cum eam jussisset ascendere, dixit lacrymans : O malam vestram phalangem, quæ generi hominum semper insidiatur! Obmutesce, maligne spiritus, et egredere e Dei creatura, sine perturbatione et ulla injuria. Perinde ergo ac si in soporem esset resoluta puella, ab ea recessit dæmon. Cum autem surrexisset, abiit rursus sana in domum suam, lætans et Deo gloriam tribuens.

